dice fidei: q2 panes nō habe-
tis: Nondū intelligitis neqꝫ
recordamini quīqꝫ panū: et
quīqꝫ milia hoīm: ⁊ q̄t cophi
nos ſumpſiſtis: Quare non
ītelligitis: q2 nō de panib9 di
xi vob: ſed cauete a fermēto
phariſeoꝝ ⁊ ſaduceoꝝ: Tūc
intellexerūt q2 nō dixerat ca
uendū a fermēto panū: ſed a
doctrina phariſeoꝝ ⁊ ſaduce

In illo S. Math. xij. orū
tpe. Abijt iħs ſabbato
ꝑ ſata: diſcipli aūt eius eſuri
entes ceperūt vellere ſpicas:
⁊ mādūcare. Phariſei aūt vi
dētes dixerūt ei Ecce diſcipu
li tui faciūt. qđ nō licet eis fa-
cere ſabbatis. At ille dixit e-
is. Non legiſtis q̇d fecerit da
uid quando eſurijt: ⁊ q̄ cū eo
erāt. quō intrauit in domuꝫ
dei: ⁊ panes ꝓpoſitiōis come
dit: q̊s nō licebat ei edere. ne
qꝫ his q̄ cū eo erant niſi ſolis
ſacerdotib9: Aut nō legiſtis
in lege: q2 ſabbatis ſacerdo-
tes in tēplo ſabbatū violant
et ſine crimine ſunt: Dico au
tem vobis: q2 templo maioꝛ
eſt hic Si aūt ſciretis quid eſt
miſericordiā volo ⁊ nō ſacri-
ficiū: nunq̄ condēnaſſetis in
nocentes. Dñica. viij. Intr.

Uſcepimus deus miſe-
ricordiam tuā in medio
templi tui ſcđm nomen
tuū deus: ita et laus tua in fines
terre iuſticia plena ē dextera tua
pſ. Magnus dñs et laudabilis
nimis: in ciuitate dei noſtri ī mō

Largi Coll. te ſancto eius.
re nobis q̄ſ dñe ſemp
ſpiritū cogitandi que recta
ſunt propitius et agendi: vt
qui ſine te eſſe nō poſſumus
ſcđm te viuere valeamus. P

Fra Ad Roma. viij. do.
tres. Debitores ſumus
nō carni: vt ſcđm carnē viua
mus. Si eñ ſcđm carnē vixe
ritis: moriemini. Si autem
ſpiritu facta carnis mortifi-
caueritis viuetis Quicunqꝫ
eñ ſpiritu dei agūtur: hi filij
dei ſunt. Non eñ accepiſtis

ſpiritū ſeruitutis iterū i timo
re:ſed accepiſtis ſpiritū ado-
ptionis filioꝝ dei:in q̊ clama
mus: abba pr̄. Ipſe em̄ ſpi-
ritus teſtimoniū reddit ſpiri
tui nr̄o:q̄ ſumus filij dei. Si
āt filij ⁊ heredes. Heredes q̄
dē dei:coheredes āt xp̄i Gr̄.
Eſto mihi i deū ꝓtectorē ⁊ in lo-
cū refugij ut ſaluū me facias. V̄.
Deus i te ſperaui dn̄e nō cōfun-
dar ineternū. Allēa. V̄. Te de-
cet ymnus de⁹ in ſyon:⁊ tibi red
det votū in ieruſalē. V̄. Replebi-
mur in bonis domus tue:ſanctū
eſt tēplū tuū mirabile in eq̄tate.
In illo tp̄e. S. Math. vij.
D.i.d.ſ. Attendite a fal-
ſis ꝓphetis q̄ veniūt ad vos i
veſtimētis ouiū: intrinſecus
aūt ſunt lupi rapaces A fru
ctibus eoꝝ cognoſcetis eos.
Nunquid de ſpinis colligūt
vuas: aut de tribulis ficus?
Sic oīs arbor bona fructus
bonos facit. arbor āt mala:
fructus malos facit Non po
teſt arbor bona:fructus ma
los facere. neq̧ arbor mala
fructus bonos facē. Oīs ar-
bor q̄ non facit fructū bonū
excidet:⁊ in ignē mittet. Igi
tur ex fructu eoꝝ ꝯgnoſcetis
eos. Nō oīs q̄ dicit mihi dn̄e
dn̄e intrabit in regnū celoꝝ:
ſed q̄ facit voluntatē patris
mei q̄ in celis eſt: ipſe itrabit
Populū Off. i regnū celoꝝ.
humilē ſaluū facies dn̄e: ⁊ oc̄los
ſupboꝝ humiliabis:qm̄ quis de
Suſcipe Secr. us ꝑter te dn̄e.
munera q̄s dn̄e q̄ tibi de tua
largitate deferim⁹: ut hec ſa-
croſctā myſteria gr̄e tue ope
rāte virtute: ꝑſentis vite nos
cōuerſatiōe ſanctificent: ⁊ ad
gaudia eterna ꝑducāt. P. d.
Guſtate ⁊ videte qm̄ ſua Coio
uis eſt dn̄s beatus vir q̄ ſperat in
Sit nob̄ dn̄e repara ꝯpl. co.
tio mētis ⁊ corꝑis celeſte my-
ſteriū: ut cui⁹ exeq̄mur actio
nē: ſentiamus effectū. P. Fe
Fra ria. iiij. Ad Rom. v.
tres Cōmendat de⁹ ſuā
caritatē in nob̄. qm̄ ſi cū ad-
huc pctōres eſſem⁹: xp̄s ꝓ no
bis mortuus eſt. Multo ma
gis igit̄ nūc in ſanguie ipſius
ſalui erim⁹ ab ira ꝑ ipſū. Si
em̄ cū inimici eſſem⁹: recōcili-
ati ſumus deo: ꝑ mortē filij
eius: multomagis recōcilia-
ti ſalui erimus in vita ipſius
Non ſolum aūt: ſed ⁊ gloria
mur in deo. Per ieſum xp̄m

dñm noſtrũ. S.Marcı̃.ıx.
IN illo tẽ. Dixit iohẽs ad
ieſũ. Magiſter: vidimus
quendã in noĩe tuo eijcientẽ
demonia: q̃ nõ ſequit̃ nos: ꝛ
ꝓhibuimus eũ. Jhs aũt ait
Nolite ꝓhibere eũ. Nemo eſt
eñi qui faciat virtutẽ in noĩe
meo: ꝛ poſſit cito male loqui
de me. Qui eñi nõ eſt aduer-
ſum vos: ꝓ vob̃ eſt. Quiſq̃s
eñi potũ dederit vob̃ calicẽ a
que frigide ĩ noĩe meo: quia
xp̃i eſtis Amẽ dico vob̃: non
ꝑdet mercedẽ ſuã Et quiſq̃s
ſcãdaliſauerit unũ ex his pu-
ſillis credentib⁹ in me: bonũ
eſt ei magis ſi circũdaret̃ mo
la aſinaria collo ei⁹: et in ma
re mitteret̃. Et ſi ſcãdaliſaue
rit te man⁹ tua: abſcide illã.
Bonũ eſt tibi debilẽ introire
in vitã: q̃ꝫ duas manuſ habẽ
tẽ ire in gehennã in ignẽ inex
tinguibileꝫ. vbi vermis eoꝝ
nõ moꝛitur: ꝛ ignis nõ extin
guit̃. Et ſi pes tuus ſcãdali-
ſat te: amputa illũ Bonũ eſt
tibi claudũꝫ introire ĩ vitam
eternã: q̃ꝫ duos pedes habẽ-
tẽ mitti in gehennã ignis in-
extinguibilis: vbi vermis eo
rũ nõ moꝛit̃: ꝛ ignis nõ extin
guit̃. Qđ ſi oculus tuus ſcan
dalizat te: eijce eũ. Bonũ eſt
tibi luſcũ introire in regnuꝫ
dei: q̃ꝫ duos oculos habentẽ
mitti in gehennaꝫ ignis: vbi
vermis nõ moꝛit̃: ꝛ ignis nõ
extinguit̃. S.Matheũ.xxiij.
IN illo tẽ. Dixit ihs turb̃
iudeoꝝ ꝛ pꝛĩcipib⁹ ſacer-
dotũ. Ve vob̃ ſcribe ꝛ phari
ſei hypocrite: q̃ clauditis reg
nũ celoꝝ ante hoĩes. Vos eñ
nõ intrabitiſ: nec introeũtes
ſinitis ĩtrare. Ve vob̃ ſcribe
ꝛ phariſei hypocrite: q̃ come
ditis domos viduaꝝ: oꝛati-
ones longas oꝛãtes. ꝓpter h̃
amplius accipietis iudiciũ.
Ve vob̃ ſcribe et phariſei y-
pocrite: q̃ circuitiſ mare ꝛ ari
dã: vt faciatis unũ pꝛoſelitũ
Et cũ fuerit factus: facitis eũ
filium gehẽne duplo q̃ꝫ vos.
Ve vob̃ duces ceci: q̃ dicitis
quicũqꝫ iurauerit ꝑ templũ
nihil eſt. q̃ aũt iurauerit ĩ au
ro tẽpli: debitoꝛ eſt. Stulti et
ceci: q̃d eñi maius eſt: aurũ.
an templũ qđ ſanctificat au
rũ? Et quicũqꝫ iurauerit ĩ al
tari: nihil eſt. q̃ aũt iurauerit
ĩ dono qđ eſt ſup illud debet
Ceci: quid eñi maius eſt: do-

nũ: an altare qđ ſanctificat donũ? Qui ġ iurat in altari iurat in eo ⁊ in oibus q̄ ſup illud ſunt. Et quicũqȝ iurauerit in tẽplo: iurat in illo. ⁊ i eo q̇ habitat in ipſo. Et q̇ iurat i celo: iurat i throno dei. ⁊ in eo q̇ ſedet ſup eũ. Ve ãt vobis ſcribe et phariſei ypocrite: q̇ decimatis mentã et anetũ et cyminũ: ⁊ reliquiſtis q̄ grauiora ſunt legis. iudiciũ ⁊ miſericordiã ⁊ fidẽ. Hec oportuit facere: et illa non omittere.

Dñica nona. Intr.

Ecce deus adiuuat me: ⁊ dñs ſuſceptor ẽ aĩe mee: auerte mala inimicis meis in veritate tua diſpde illos protector meus dñe. Ps. Deus in noĩe tuo ſaluũ me fac ⁊ in virtute tua iudica me.

Coll. Pateant aures miſcdie tue dñe p̄cibus ſupplicantiũ: ⁊ vt petentibus deſiderata ɔcedas: fac eos q̄ tibi ſunt placita poſtulare. P.

Ad Corinth. i. ca. x.

Fratres. Non ſimus cõcupiſcentes malorũ: ſicut ⁊ illi cõcupierũt. Neqȝ idolatre efficiamini ſicut quidã ex ipſis: queãdmodũ ſcriptũ eſt. Sedit populuſ mãducare ⁊ bibere: et ſurrexerũt ludere. Neqȝ fornicemur ſicut q̇dã ex ipſis fornicati ſũt. ⁊ ceciderũt vna die vigintitria milia. Neqȝ tentemus xp̄m ſicut q̇dã eorũ tentauerũt: ⁊ a ſerpẽtibus perierũt. Neqȝ murmurauerítis ſicut quidam eorũ murmurauerũt ⁊ perierunt ab exterminatore. Hec autẽ oĩa in figura ɔtingebãt illis. Scripta ſunt aũt ad correptionẽ noſtrã in q̊s fines ſeculorũ deuenerũt. Itaqȝ q̇ ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. Tentatio vos nõ apprehendat: niſi hũana. Fidelis autẽ deus: q̇ nõ patiet̃ vos tentari ſupra id qđ poteſtis: ſed faciat cũ tentatiõe etiã prouentũ: vt poſſitis ſuſtinere. Gr.

Dñe dñs noſter q̄ admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. V. Qm̃ eleuata eſt magnificentia tua ſup celos. Alleluia. V. Attendite popule meus in legẽ meã.

In illo tp̄e. S. Lucã. xvi.

Dixit ihs diſ. ſuis parabolã hãc. Homo quidã erat diues q̇ habebat villicũ ⁊ hic diffamatus eſt apđ illũ: quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et vocauit illũ: et ait illi. Quid

hoc audio de te? Redde ratio
nē villicatiōis tue. Jam enī
nō poteris villicare. Ait aūt
villicus intra ſe Quid faciā qꝛ
dñs meus aufert a me villica
tionē? Fodere nō valeo: mē
dicare erubeſco. ſcio qd̄ faciā
Ut cū amotus fuero a villi
catiōe recipiāt me in domos
ſuas. Cōuocatis itaqꝫ ſingu
lis debitoribꝰ dñi ſui dicebat
primo. Quantū debes dño
meo? At ille dixit. Centū ca
dos olei. Dixitqꝫ illi. Accipe
cautionē tuā: et ſede cito ſcri
be quinq̄ginta. Deīn alio di
xit. Tu vero quantū debes?
Qui ait. Centū choros triti
ci Ait illi. Accipe lr̄as tuas ⁊
ſcribe octogīta. Et laudauit
dñs villicū iniq̄tatis: qꝛ pru
dēter feciſſet. Quia filij huiꝰ
ſecli: prudētiores filijs lucis
in generatiōe ſua ſūt Et ego
vobꝭ dico: facite vobꝭ amicos
de mām̄one iniq̄tatis: vt cū
defeceritis recipiāt vos ī eter
Iuſticie Off. na tabernacl'a
dñi recte letificātes corda et dul
ciora ſup mel ⁊ fauū nā ⁊ ſeruus
Cōcede Sec. tuꝰ cuſtodit ea.
nobꝭ hec q̄s dñe digne fre
q̄tare miſteria: qꝛ quotiēs
huiꝰ hoſtie cōmemoratio ce
lebrat̄: opus nr̄e redēptiōis
Primū q̄ Coio. exercet̄. Ꝑ ō.
rite regnū dei ⁊ oīa adijcient vo
Tui nobꝭ Cōpl. bis dicit dñs
dñe cōmunio ſacramenti: et
purificationē ꝯferat: ⁊ tribu
at vnitatē. Ꝑ. Feria. iiij. Ad
Frēs. Neſcitis Roma. vi.
q̄m cui exhibuiſtis vos
ſeruos ad obediendū: ſerui
eſtis eiꝰ cui obediſtis ſiue pec
cati ad mortē: ſiue obeditio
nis ad iuſticiā. Gratias autē
deo ꝙ fuiſtis ſerui pcti. Obe
diſtis autē ex corde in eā for
mā doctrine: ī q̄ traditi eſtis.
Liberati aūt a pctō: ſerui fa
cti eſtis iuſticie. In xp̄o ieſu
dño nr̄o. S. Lucā. xvi.
In illo tpe. D. i. d. ſ. Qui
fidelis eſt ī minimo: ⁊ ī maio
ri fidelis eſt. Et q̄ in modico
iniquꝰ eſt: ⁊ in maiori iniquꝰ
eſt. Si ḡ in iniq̄ mām̄ona fi
deles nō fuiſtis qd̄ verꝫ eſt q̄s
credet vobis? ⁊ ſi in alieno fi
deles nō fuiſtis: qd̄ veſtrū eſt
quis dabit vobis? Nemo ſer
uus poteſt duobꝰ dominis
ſeruire. Aut enī vnū odiet: ⁊
alterum diliget: aut vni ad
herebit: et alterū cōtemnet.

Non poteſtis deo ſeruire et
mámone. Audiebát aũt oĩa
hec phariſei: q̃ erant auari: ⁊
deridebát illum. Et ait illis.
Vos eſtis q̃ iuſtificatis vos
corã hoibus: deꝰ autẽ nouit
corda vr̃a. Quia qđ hoibus
altũ eſt: abhominatio eſt an
te deũ. Feria .vj. S. Luca .xi.

In illo t. Rogauit ieſuz q̃
dã phariſeꝰ: ut prãderet
apđ ſe: ⁊ ingreſſus recubuit.
Phariſeus át cepit itra ſe re
putás dicẽ: q̃re nõ baptiſatꝰ
eſſet ante prãdiũ. Et ait dñs
ad illũ. Nũc vos phariſei qđ
deforis ẽ calicis et catini mũ
datis: qđ aũt intus eſt veſtrũ
plenũ eſt rapina et iniq̃tate.
Stulti nonne q̃ fecit qđ defo
ris ẽ: etiã id qđ deintus eſt fe
cit. Verũtñ qđ ſupeſt date ele
moſinã: ⁊ ecce oĩa mũda ſũt
vob. Sed ve vob phariſeis:
q̃ decimatis mentã ⁊ rutã: ⁊
omẽ olus: et p̃teritis iudiciũ
et caritatẽ dei. Hec aũt opor
tuit facere: ⁊ illa nõ omittere
Ve vobiſ phariſeis: q̃ diligi
gitis primas cathedras i ſy
nagogis ⁊ ſalutatiões i foro
Ve vob q: eſtis ut monumẽ
ta q̃ nõ apparẽt: et hoies am
bulantes ſupra: neſciũt. Rñ
dens aũt quidã ex legiſperi
tis ait illi. Magiſter: hec di
cens: etiã nobis cõtumeliã fa
cis. At ille ait. Et vob legiſ
peritis ve: q̃ oneratis hoies
oneribus q̃ portare nõ poſ
ſunt. Et ipſi uno digito vr̃o
nõ tãgitis ſarcinas. Dñica x. Intr.

Cum clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ
meã ab his qui appropi
quãt mihi: et humiliauit eos qui
eſt ante ſecula ⁊ manet ineternũ:
iacta cogitatũ tuũ in dño: et ipſe
te enutriet. Ps. Exaudi deꝰ ora
tionẽ meã: ⁊ ne deſpexeris depre
cationẽ meã. Coll.

Deus q̃ oĩpotentiã tuã parcen
do maxime ⁊ miſerãdo ma
nifeſtas. multiplica ſup nos
gratiã tuã: ut ad tua promiſ
ſa currẽtes celeſtium bonoꝝ
facias eſſe cõſortes. P dñm.

Frés. Ad Corin. j. ca. xij.
Scitis qm̃ cũ gẽtes eſſe
tis ad ſimulachra muta pro
ut ducebamini eũtes. Ideo
notũ vob facio q̃ nemo i ſpũ
dei loquẽs: dicit anathema
ieſu. Et nemo põt dicẽ dñs
ieſus niſi in ſpũſctõ. Diuiſio
nes õo gratiaꝝ ſũt: idẽ aũt

ſpũs. Et diuiſiões miniſtra-
tionũ ſũt: idẽ aũt dñs. Et di
uiſiones ꝑationũ ſunt: idẽ
ꝟo deus q̇ operat̃ oĩa in oĩ-
bus. Vnicuiqꝫ ãt dat̃ mani-
feſtatio ſpũs ad utilitatẽ. A-
lij q̇dẽ ꝑ ſpiritũ dat̃ ſermo ſa
piẽtie: alij aũt ſermo ſcientie:
ſcd̃m eundẽ ſpm̃. alij fides in
eodẽ ſpũ. alij gr̃a ſanitatũ in
uno ſpũ: alij ꝑatio virtutũ
alij ꝓphetia: alij diſcretio ſpi-
rituu: alij genera linguarũ:
alij interpretatio ſermonũ.
Hec aũt oĩa operat̃ unus at
qꝫ idẽ ſpũs. diuidẽs ſingulis
Cuſtodi me Gra. ꝓut vult.
dñe ut pupillã oculi: ſub umbra
alaꝝ tuaꝝ ꝓtege me. ℣. De vul-
tu tuo iudiciũ meũ prodeat oculi
tui videant equitatẽ. Alleluia. ℣.
Exultate deo adiutori nr̃o: iubi-
late deo iacob. ℣. Sumite pſal-
teriũ iocundũ cũ cythara Scd̃ꝫ
In illo tp̃e. Cũ Lucã. xix.
appropinq̃ret ih̃s hiero-
ſolimã: vidẽs ciuitatẽ fleuit
ſuꝑ illã dicẽs. Quia ſi cogno
uiſſes ⁊ tu Et quidem in hac
die tua: q̃ ad pacem tibi: nũc
aũt abſcondita ſunt ab ocu-
lis tuis: q2 veniẽt dies in te: ⁊
circũdabũt te inimici tui val
lo. ⁊ circũdabũt te ⁊ coangu-
ſtabũt te undiqꝫ. et ad terrã
ꝓſternẽt te: ⁊ filios tuos q̇ in
te ſunt. Et nõ relinquẽt in te
lapidẽ: eo ꝙ nõ cognoueris
tẽpus viſitationis tue. Et in
greſſus i templũ cepit eijcere
vendẽtes ⁊ emẽtes in illo: di-
cens illis. Scriptũ eſt: q2 do-
mus mea domus orõnis eſt
Vos aũt feciſtis illaꝫ ſpelun-
cã latronũ Et erat q̊tidie do
Ad te dñe. Offe. cens i tẽplo.
leuaui aĩam meã deꝰ meus in te
confido nõ erubeſcã: neqꝫ irride
ant me inimici mei etenĩ uniuerſi
qui te expectant nõ ꝯfundentur.
Tibi dñe ſacrificia di Secr.
cata accepta reddãtur: q̃ ſic
ad honorẽ nois tui deferẽda
tribuiſti. ut eadẽ remedia no
ſtra fieri p̃ſtares. ꝑ d̃. Coio.
Acceptabis ſacrificiũ iuſticie
oblatiões ⁊ holocauſta ſuꝑ alta
Quis dñe de ꝯpl. re tuũ dñe.
us noſter: ut q̊s diuinis non
deſinis reparare ſacramẽtis
tuis nõ deſtituas benignus
auxilijs. ꝑ d̃. Feria. iiij. Ad
Frẽs. Corinth. i. cap. xvi.
Non oĩs caro eadẽ caro
ſed alia caro hominuꝫ: alia
pecoꝝ: alia volucrũ: alia aũt

piſciũ: ⁊ corpa celeſtia: et cor-
pora terreſtria. ſed alia q̇dē
celeſtiũ gloria: alia aũt terre-
ſtriũ: alia claritas ſolis: alia
claritas lũe: alia claritas ſtel
lar̄. Stella em̄ a ſtella differt
in claritate: ſic et reſurrectio
mortuor̄. Seminat̄ in cor-
ruptiōe ſurget ĩ incorruptio
ne. Seminat̄ in infirmitate:
ſurget in virtute. Seminat̄
corp⁹ aiale: ſurget ſpirituale
Si eſt corp⁹ aiale: eſt ⁊ ſpũale
Sic em̄ ſcriptũ eſt Factus eſt
primus hō adā in aiam viuē
tē: nouiſſimus adā in ſpiritũ
viuificantē Sed nō prius qđ
ſpirituale eſt ſed qđ aiale: de
inde qđ ſpũale. In xp̄o ieſu
dño nr̄o.

S. Lu. xxi.
In illo tp̄e. D. ie. d. ſ. Cũ vide
ritis circũdari ab exercitu ie
ruſalē: tunc ſcitote q̄r appinq̄
bit deſolatio ei⁹. Tuc q̇ in iu-
dea ſunt fugiāt in mōtes: et
q̇ in medio ei⁹ deſcendāt: ⁊ q̇
in regionib⁹ nō intrēt in eā:
q̄r dies vltiōis hij ſunt: vt im
pleant̄ oia q̄ ſcripta ſunt Ve
aũt pregnātib⁹ ⁊ nutrientib⁹
in illis dieb⁹. Erit em̄ preſſu-
ra magna ſup terrā ⁊ ira po
puli huic: ⁊ cadēt ĩ ore gladij
⁊ captiui ducent̄ in oēs gētes
⁊ ierl'm calcabit̄ a gentib⁹ do
nec impleant̄ tēpora nationũ.
Et erũt ſigna in ſole ⁊ ſtellis:
et ĩ terris preſſura gentiũ: p̄
ↄfuſione ſonitus maris ⁊ flu
ctuũ areſcentib⁹ hoibus p̄ ti
more: ⁊ expectatiōe q̄ ſupue-
nient vniũſo orbi. Feria. vj.

S. Lucã. xxi.
In illo tp̄e. D. i. d. ſ. Attendite vob̄
ne forte grauent̄ corda vr̄a ĩ
crapl'a ⁊ ebrietate: ⁊ curis hu
ius vite: ⁊ ſupueniat ĩ vos re
pētina illa dies Tanq̄ laque
us em̄ ſupueniet in oēs: q̇ ſe-
dēt ſup faciez terre. Vigilate
itaqz oēs orātes om̄i tp̄e: vt
digni habeamini fugere iſta
oia q̄ futura ſũt: ⁊ ſtare ante
filiũ hois. Dñica. xi.

Deus in loco ſcō ſuo: de
us qui inhabitare facit
vnanimes in domo ip̄e dabit vir
tutē ⁊ fortitudinē plebi ſue. ps.
Exurgat de⁹ et diſſipent̄ inimici
eius: ⁊ fugiāt qui oderũt eũ a fa-
cie ei⁹.

Coll.
Omnipotens ſempiterne de⁹: q̇ abundantiā
pietatis tue ⁊ merita ſupplicũ
excedis ⁊ vota: effunde ſuper
nos miſericordiā tuā: vt di-
mittas q̄ ↄſcientia metuit: ⁊

⁊ adiicias qđ oratio nõ pſu-
mit. P dñ. Ad Corin.j.ca.xv
FRẽs. Notũ vobis facio
euãgeliũ qđ pdicaui vo-
bis: qđ ⁊ accepiſtis: in q̃ ⁊ ſta-
tis: p qđ ſaluamini. Qua ra
tione pdicauerim vobis ſi te
netis: niſi fruſtra credidiſtis
Tradidi em̃ vobis inprimis
qđ ⁊ accepi: qm̃ xp̃s mortu⁹
eſt p pctis nr̃is ſcđm ſcriptu-
ras. ⁊ q2 ſepultus eſt: ⁊ q2 re-
ſurrexit tertia die ſcđm ſcrip
turas: ⁊ q2 viſus eſt cephe: et
poſt hec vndecim. Deinde vi
ſus eſt pluſq̃ quingẽtis fra-
tribus ſil: ex quib⁹ multi ma
nẽt vſq3 huc: quidã aũt dor-
mierũt. Deinde viſus eſt ia-
cobo: deinde apl'is oĩbus
Nouiſſime aũt oĩm tanq̃ ab
ortiuo viſus eſt ⁊ mihi. Ego
em̃ ſũ minimus aploꝝ: q̃ nõ
ſu3 dignus vocari apl's: qm̃
pſecut⁹ ſum eccleſiã dei. Gr̃a
aũt dei ſu3: id qđ ſũ: ⁊ gratia
ei⁹ in me vacua nõ fuit. Gr.
In deo ſperauit cor meũ ⁊ adiu
tus ſu3: ⁊ refloruit caro mea: ⁊ ex
volũtate mea confitebor tibi. ℣
Ad te dñe clamaui de⁹ me⁹: ne ſi
leas ne diſcedas a me. All'a. ℣
Dñe deus ſalutis mee: in die cla
maui ⁊ nocte corã te. S. Lucã.
In illo tpe. Dixit ie xviij.
ſus ad qſdã q̃ in ſe ꝯfide
bãt tanq̃ iuſti: ⁊ aſpernabãt
ceteros parabolã iſtã dicẽs.
Duo hoĩes aſcenderũt in tẽ
plũ vt orarẽt: vn⁹ phariſeus
⁊ alter publicanus. Phariſe
us ſtans hec apud ſe orabat
dicẽs. De⁹ grãs ago tibi: q2
nõ ſum ſicut ceteri hoĩm rap
tores: iniuſti: adulteri: velut
etiã hic publican⁹: ieiuno bis
i ſabbato: decimas do oĩm
q̃ poſſideo. Et publican⁹ a
lõge ſtãs nolebat nec oculos
ad celũ leuare: ſed percutiebat
pect⁹ ſuũ dicẽs. Deus ꝓpiti⁹
eſto mihi pctõri. Amen dico
vobis: deſcẽdit hic iuſtificat⁹
in domũ ſuã ab illo. Quia
oĩs q̃ ſe exaltat humiliabit:
et qui ſe humiliat exaltabit.
Exaltabo te dñe qm̃ ſuſce Off.
piſti me: nec delectaſti inimicos
meos ſup me: clamaui ad te ⁊ ſa-
Reſpice qs dñe Secr. naſti me.
dñe ad nr̃am ꝓpiti⁹ ſeruitutẽ
vt qđ offerim⁹ ſit tibi mun⁹
acceptũ ⁊ nr̃e fragilitatis ſub
Honora dñm Coio. ſidiũ. P.
de tua ſubſtãtia ⁊ de primitiis fru
gũ tuarum vt impleãt horrea tua

ſaturitate ⁊ vino torcularia redū
Sentiam⁹ qs Cōpl. dabūt.
dñe pceptione tui ſacramēti
ſubſidiū mētis ⁊ corpis: ut in
utroqꝫ ſaluati celeſtis reme-
dij plenitudie glorienur. P
Feria.iiij. Ad Corin.j.ca.vi.
Frēs. Neſcitis qm corpa
vrā mēbra ſūt xpi: Tol
lēs ḡ mēbra xpi: faciā mēbra
meretricis: Abſit. An neſci-
tis: qm q adheret meretrici
unū corp⁹ efficit: Erūt inqt
duo i carneuna. Qui aūt ad
heret dño: un⁹ ſpūs eſt. Fugi
te fornicationē. Omne pctm̄
qdcūqꝫ fecerit hō extra corp⁹
eſt: q aūt fornicat i corp⁹ ſuū
peccat. An neſcitis: qm mē-
bra vrā tēplū ſūt ſpuſſcti q i
vob eſt: quē habetis a deo et
nō eſtis vri: Empti eī eſtis p
cio magno. Glorificate ḡ et
portate deū i corpe vro. S.
In il.t. Dixit ihs Mat.xij
phariſeis Qui nō eſt me
cū ɔtra me eſt: ⁊ q nō colligit
mecū: ſpargit. Jō dico vob
oē pctm̄ ⁊ blaſphemia remit
tet hoib⁹: ſpūs aūt blaſphe-
mie nō remittet. Et qcūqꝫ di
xerit vbū ɔtra filiū hois: re-
mittet ei. q aūt dixerit cōtra
ſpm̄ſctm̄: nō remittet ei neqꝫ
i hoc ſclo: neqꝫ i futuro. Aut
facite arborē bonā et fructū
eius bonū: aut facite arborē
malā ⁊ fructū ei⁹ malū. ſiqdē
ex fructu arbor cogſcit. Pro-
genies viperaꝝ quō poteſtis
bona loqui cū ſitis mali: Ex
abūdātia eī cordis os loqt.
Bon⁹ hō d bono theſauro p
fert bona ⁊ malus hō de ma
lo theſauro pfert mala. Di-
co aūt vob q oē vbū ocioſū
qd locuti fuerit hoies reddēt
rationē d eo i die iudicij. Ex
vbis eī tuis iuſtificaberis: et
ex verbis tuis cōdēnaberis.
Fe.vj. In il.t. Interrogat⁹
ihs a phari. vts. Dñica.xij.
Deus i adiutoriū meū in
tēde: dñe ad adiuuādū
me feſtina. ɔfundāt ⁊ re
uereant inimici mei q qrūt aīam
meā. ps Auertant retrorſū ⁊ eru
beſcāt q cogitāt mihi mala Col
Omps ⁊ miſericors de⁹ d cui⁹
mūere venitur tibi a fide
lib⁹ digne ⁊ laudabilr ſerui-
at: tribue qs nob ut ad pmiſ
ſiōes tuas ſine offenſiōe cur
ram⁹. P d Ad corin.ij.ca.iij.
Frēs. Fiduciā talē habe-
mus p xpm ad deū: nō q

ſufficiẽtes ſimus cogitare ali
qd a nobis: qſi ex nobis: ſed
ſufficiẽtia nr̃a ex deo eſt. Qui
⁊ idoneos nos fecit miniſtros
noui teſtamẽti: nõ littera: ſʒ
ſpũ. Lr̃a eñ occidit: ſpũs au
tẽ viuificat. Qđ ſi miniſtra-
tio mortis lr̃is deformata i
lapidibꝰ fuit in glĩa: ita nõ
poſſent intẽdere filij iſrl' in fa
ciẽ moyſi, ꝑpter gloriã vultus
eius q̃ euacuat: quõ nõ ma-
gis miniſtratio ſpũs erit in
glĩa? Nã ſi miniſtratio dãna
tionis in glĩa eſt: multo ma-
gis abũdat miniſteriũ iuſti-
Benedicã dñõ Gra. cie in glĩa
in oĩ tpe: ſemꝑ laus eiꝰ i ore meo.
℣. In dñõ laudabit aĩa mea:
audiãt manſueti ⁊ letent. Alla
℣. Dñe refugiũ factus es nobis
a gñatiõe ⁊ ꝓgenie. S. Mar. vij.
In illo tpe. Exiens ieſus
de finibus tyri: venit ꝑ ſi
donẽ ad mare galilee: inter
medios fines decapoleos. ⁊
adducũt ei ſurdũ ⁊ mutũ: et
dep̃cabant eũ vt imponat il
li manũ. Et app̃hendens eũ
de turba ſeorſũ: miſit digi-
tos ſuos in auriculas eius: ⁊
expuens tetigit linguã eius.
Et ſuſpiciẽs i celũ ingemuit:
⁊ ait illi. Effeta: qđ eſt adape
rire. Et ſtatim apte ſunt au-
res eius: ⁊ ſolutũ eſt vinculũ
lingue eiꝰ: ⁊ loquebat recte.
Et p̃cepit illis ne cui dicerẽt.
Quãto aũt eis p̃cipiebat: tã
to magis plus p̃dicabant: ⁊
eo amplius admirabant di
cẽtes. Bñ oĩa fecit: ⁊ ſurdos
fecit audire: ⁊ mutos loqui.
Precatus eſt moyſes in Offer
ↄſpectu dñi dei ſui: ⁊ dixit: preca
tus eſt moyſes in conſpectu dñi
dei ſui: ⁊ dixit: quare dñe iraſce-
ris ꝑplo tuo: parce ire animi tui:
memento abraã yſaac ⁊ iacob:
quibus iuraſti dare terrã fluẽtẽ
lac ⁊ mel: ⁊ placatus factus eſt
dñs de malignitate quã dixit fa
Hoſtias Secre. cere ꝑplo ſuo.
qs dñe ꝓpitius intende q̃s
ſacris altaribus exhibemꝰ:
vt nobis indulgentiã largiẽ
do tuo noĩ dẽt honorẽ. P. d.
De fructu operũ tuorũ Coĩo.
dñe ſatiabit terra: vt educas pa-
nem de terra: ⁊ vinũ letificet cor
hoĩs: vt exhilaret faciẽ in oleo: et
panis cor hoĩs cõfirmet. Cõpl.
Uiuificet nos qs dñe hu-
ius ꝑceptio ſacramenti: ⁊ pa
riter nobis expiationẽ tribu
at ⁊ munimẽ. P. d. Feria. iiij.

FRAd Corinthi.ij. cap.iiij.

Fratres. Nō p̄dicamus noſ
metipos: ſed xp̄m ieſū dn̄m
nr̄m: nos aūt ſeruos vr̄os p
ieſum: qm̄ deus q̄ dixit de te-
nebris lumē ſplēdeſcere illu-
xit in cordib⁹ nr̄is ad illumi-
nationē ſciētie claritatis dei i
faciē xp̄i. Habemus aūt the-
ſaurū iſtū in vaſis fictilibus:
vt ſublimitas ſit virtutis dei
⁊ nō ex nobis. In oībus tri-
bulationē patimur: ſed non
anguſtiamur. Aperiamur:
⁊ nō deſtituimur: p̄ſecutionē
patimur: ſ; nō derelinq̄mur
humiliamur: ſed nō ꝯfundi
mur: deijcimur: ſed nō peri-
mus. Semp̄ mortificationē
ieſu in corpe nr̄o circūferētes
vt ⁊ vita ieſu in corpib⁹ nr̄is
manifeſtet. S. Math. ix.

IN illo tpe. Trāſeūte ieſu
ſecuti ſunt eū duo ceci clamā
tes ⁊ dicētes. Miſerere nr̄i fili
dauid. Cū autē veniſſet do-
mū: acceſſerūt ad eū ceci. Et
dicit eis ih̄s. Creditis q: hoc
poſſu; facere vob̄? Dicūt ei.
Vtiq; dn̄e. Tūc tetigit oc̄los
eoꝝ dicēs. Scd̄m fidē veſtrā
fiat vobiſ. Et apti ſunt oculi
eoꝝ. Et ꝯminat⁹ eſt eis ieſus
dicēſ. Videte ne q̄s ſciat. Illi
aūt exeuntes diffamauerūt
eū i tota terra illa. Egreſſis
aūt ill' ecce obtulerūt ei hoīe;
mutū demoniū habētē. Et
eiecto demonio locut⁹ ē mu-
tus. Et mirate ſunt turbe di
cēteſ. Nunq̄ apparuit ſic i iſrl'.
Pharifei aūt dicebāt. In pri
cipe demonioꝝ eijcit demōeſ.
Et circuibat ieſus oēs ciuita
tes ⁊ caſtella docēs i ſynago-
gis: ⁊ p̄dicās euāgeliū regni
⁊ curās oēm languorē ⁊ oēm
infirmitatē. S. Matheū. xi.

IN illo tē. Cepit ieſus ex-
probrare ciuitatib⁹ i q̄b⁹
facte ſūt plurie v̄tutes ei⁹: q:
nō egiſſent penitētiā. Ve tibi
corozaim: ve tibi betſaida q:
ſi in tyro ⁊ ſidone facte eſſent
v̄tutes q̄ facte ſunt i vob̄ oli
i cilicio ⁊ cinere p̄niā; egiſſet.
Verūtn̄ dico vob̄ tyro ⁊ ſido
ni remiſſi⁹ erit i die iudicij q̄
vob̄. et tu capharnaū nūq̄d
vſq; i celū exaltaberiſ? Vſq;
ad infernū deſcēdes: q: ſi i ſo
domis facte fuiſſet v̄tutes q̄
facte ſūt i te: forſitā' māſiſſent
vſq; ad hāc diē. Verū tn̄ dico
vob̄ q: terre ſodomoꝝ remiſ
ſius erit in die iudicij q̄ tibi.

REſpice dñe in teſtamen-
tũ tuũ: ⁊ aĩas pauperũ
tuoꝝ ne derelinquas in
finé: exurge dñe ⁊ iudica cauſaꝫ
tuã: ⁊ ne obliuiſcaris voces que-
renciũ te. Ps. Ut quid deus repu
liſti i finé irat⁹ eſt furor tuus ſup
OMp̄s Col. oues paſcue tue
ſempiterne de⁹: da nobꝭ
fidei: ſpei ⁊ caritatis augmé-
tũ: ⁊ ut mereamur aſſeq̄ qđ
ꝓmittis: fac nos amare qđ
ꝑcipis. P do. Ad Galath. iij
FRés. Abrae dicte ſunt ꝓ
miſſiones: ⁊ ſemini eius
Non dicit ⁊ ſeminibus q̄ſi in
multis: ſed q̄ſi in uno: ⁊ ſemi
ni tuo qui eſt xp̄s Hoc aũt di
co teſtamentũ confirmatũ a
deo: q̄ poſt q̄dragintos ⁊ tri
triginta annos facta eſt lex:
nó irritũ facit ad euacuãdã
ꝓmiſſioné. Nã ſi ex lege here
ditas: iã nó ex promiſſione.
Abrae aũt ꝑ repromiſſioné
donauit deus. Quid igitur?
Lex ꝓpter tranſgreſſiões po
ſita eſt: donec veniret ſemen
cui repromiſerat deus: ordi-
nata ꝑ angelos in manu me
diatoris. Mediator aũt vni⁹
nó eſt: deus aũt vn⁹ eſt. Lex
ergo aduerſus ꝓmiſſa dei?
Abſit. Si enĩ data eſſet lex q̄
poſſet viuificare: vere ex lege
eſſet iuſticia. Sed ꝯcluſit ſcri
ptura oĩa ſub pctõ: ut ꝓmiſ-
ſio ex fide ieſu xp̄i daret̃ cre-
Reſpice dñe i Gr. dentibus.
teſtamentũ tuũ: ⁊ aĩas paupeꝝ
tuoꝝ ne obliuiſcaris in finé. V.
Exurge dñe ⁊ iudica cauſã meã
memor eſto obꝓbrij ſeruoꝝ tu-
orũ. Alla. V. Uenite exultem⁹
dño: iubilemus deo ſalutari nr̄o
V. Preoccupemus faciẽ in cõfeſ
ſione: ⁊ in pſalmis iubilemus ei.
IN illo tpe. Di. S. Lu. x.
I. d. ſ. Beati oculi q̄ vidẽt
q̄ vos videtis. Dico enĩ vobꝭ
ꝙ multi ꝓphete ⁊ reges volue
rũt videre que vos videtis: ⁊
nó viderũt: ⁊ audire q̄ audi-
tis: ⁊ nó audierũt. Et ecce q̇-
dã legiſperitus ſurrexit ten-
tans illũ ⁊ dicens. Magiſter
quid faciẽdo vitã eternã poſ
ſidebo? At ille dixit ad eum.
In lege q̇d ſcriptũ eſt? Quõ
legis? Ille rñdens dixit. Di
liges dñm deũ tuũ ex toto
corde tuo: ⁊ ex tota aĩa tua
⁊ ex omnib⁹ viribus tuis: et
ex omni mente tua. ⁊ ꝓximũ
tuũ ſicut teipſum. Dixitq̄ꝫ il
li. Recte reſpondiſti. Hoc fac

⁊ viues. Ille aūt volēs iuſtifi
care ſeipm̄ dixit ad ieſuꝫ. Et
quis eſt meus ꝓximus? Su-
ſpiciens aūt ieſus dixit. Ho-
mo quidā deſcēdebat ab hie
ruſalē in hiericho: ⁊ incidit in
latrones. Qui etiā deſpolia-
uerūt eū: ⁊ plagis impoſitis
abierūt ſemiuiuo relicto. Ac
cidit aūt vt ſacerdos quidā
deſcenderet eadē via: ⁊ viſo il
lo ꝑteriuit. Silr̄ ⁊ leuita cum
eſſet ſecus locū ⁊ videret eū:
ꝑtrāſijt. Samaritanus aūt
quidā iter faciēs venit ſecus
eū: ⁊ vidēs eū miſcd̾ia mot⁹
eſt. Et appropians alligauit
vulnera eius: infundēs oleū
⁊ vinū. Et imponēs illum in
iumētū ſuū duxit in ſtabulū
⁊ curā ei⁹ egit. Et altera die
ꝓtulit duos denarios: ⁊ de-
dit ſtabulario: ⁊ ait. Curā il-
lius habe: ⁊ qd̾cunqꝫ ſupero
gaueris: ego cū rediero red-
dā tibi. Quis hoꝝ triū videt̃
tibi ꝓxim⁹ fuiſſe illi q̇ incidit ĩ
latrones? At ille dixit. Qui
fecit miſericordiā in illū. Et
ait illi ieſus. Vade ⁊ tu fac ſi-
militer.

Offer. In te ſperaui
domine: dixi tu es deus meus in
manibus tuis tꝑa mea. Secre.

Propiciare domine populo
tuo propiciare muneribus:
vt hac oblatione placatus ⁊
indulgentiā nobis tribuas
⁊ poſtulata cōcedas. P dn̄.

Coīo. Panē de celo dediſti no-
bis domine habentē omne dele-
ctamentū ⁊ omnē ſaporem ſuaui
tatis. Cōplē. Sumptis dn̄e
celeſtibus ſacramentis ad re
demptionis eterne qs̄ ꝓfi
ciamus augmentū. P dn̄m

Feria.iiij. Ad Corinthios.ij capi.v.

Fratres. Scimus
quoniā ſi terreſtris do-
mus noſtra huius habitati-
onis diſſoluat̃: ꝙ edificatio-
nē habem⁹ a deo: domū nō
manufactā: ſꝫ eternā in celis
Nā ⁊ in hoc ingemiſcim⁹ ha
bitationē noſtrā q̇ in celo eſt
ſuꝑinduí cupientes: ſi tñ ve-
ſtiti ⁊ nō nudi inueniamur.
Nā ⁊ q̇ ſum⁹ in hoc taberna-
culo: ĩgemiſcim⁹ grauati: eo
ꝙ nolumus expoliari: ſꝫ ſuꝑ
veſtiri: vt abſorbeat̃ qd̾ mor
tale eſt a vita. Qui aūt efficit
nos in hoc ipm̄ deus q̇ dedit
nobis pign⁹ ſpūs. Audiētes
igit̃ ſp: ſciētes qm̄ dū ſum⁹ ĩ h̄
corꝑe ꝑegrinamur a dn̄o: ꝑ
fidē eī ambulam⁹ ⁊ nō ꝑ ſpēꝫ

Audemus aūt ⁊ bonā volū
tatē habemus magis pere-
grinari a corꝑe ⁊ p̄ſentes eſſe
ad deū. Et ideo cōtendimuſ
ſiue abſētes ſiue p̄ſentes pla
cere illi. Oēs eñ nos manife
ſtari opꝫ an̄ tribunal xp̄i:
vt referat vnuſq̄ſq; ꝓpria cor
poris ſui ꝓut geſſit: ſiue bo-
nū ſiue malū. Scientes ergo ti-
morē dn̄i hoībus ſuademꝰ:
deo aūt manifeſti ſumꝰ Spe
ro aūt ⁊ in ꝯſciētijs vr̄is ma-
nifeſtos nos eſſe ꝑ ieſuz xp̄m
dn̄m nr̄m. S. Matheū. xii.

In illo tp̄e Abeūtes pha
riſei conciliū faciebāt ad
verſus ieſum quō eū ꝑderēt
Jeſus aūt ſciēs receſſit inde:
⁊ ſecuti ſunt eū multi: ⁊ cura
uit eos oēs. Et p̄cepit eis: ne
manifeſtū eū facerent: vt ad
impleref qđ dictū eſt ꝑ yſaiā
ꝓphetā dicētē. Ecce puer meꝰ
quē elegi: dilectus meus in q̊
cōplacuit aīe mee. Ponā ſpi
ritū meū ſuꝑ eū: ⁊ iudiciū gē
tibus nunciabit. Nō ꝯtēdet
neq; clamabit: neq; audiet
aliq̄s in plateis vocem eius.
Harundinē quaſſatā nō cō-
fringet: ⁊ linū fumigās non
extinguet donec eijciat ad vi
ctoriā iudiciū: et in noīe eius
gentes ſperabūt. Feria. vj.

In illo tp̄e. S. Lucā. xiij.
Ibat ieſus ꝑ ciuitates ⁊
caſtella docēs ⁊ iter faciēs in
hieruſm. Ait aūt illi quidam
Dn̄e ſi pauci ſunt q̄ ſaluanť
Ipſe aūt dixit ad illos. Cō-
tendite intrare ꝑ anguſtam
portā: q꞉ multi dico vobis in-
trare querent: ⁊ nō poterūt.
Cū aūt intrauerit p̄rfamili-
as: ⁊ clauſerit oſtium incipie
tis foras ſtare ⁊ pulſare oſtiū
dicētes. Dn̄e aperi nobiſ. Et
rn̄dens dicet vobis. Neſcio
vos vnde ſitis. Tūc incipie-
tis dicere. Māducauimus ⁊
bibimus corā te: ⁊ in plateis
nr̄is docuiſti. Et dicet vobis
Neſcio vos vnde ſitis. Diſce
dite a me oēs operarij iniq̄-
tatis in tenebras exteriores:
ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū
Cū videritis abraā yſaac et
iacob ⁊ oēs ꝓphetas eſſe in re
gno dei: vos autē expelli fo-
ras. Et veniēt ab occidēte et
oriente ⁊ aquilone ⁊ auſtro:
⁊ accūbent in regno dei. Et
ecce ſunt nouiſſimi qui erāt
primi: ⁊ ſunt primi qui erant
nouiſſimi. Dn̄ica. xiiij. intr.

PRotector noſter aſpice deus. ⁊ reſpice in faciem xp̄i tui: qꝛ melior eſt dies una in atrijs tuis ſuꝑ milia. Ps. Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutū: cócupiſcit ⁊ deficit anima mea in atria dñi. Colla.

CVſtodi dñe eccleſiá tuá ꝓpiciatione ꝑpetua: ⁊ qꝛ ſine te labit̄ humana mortalitas tuis ſp̄ auxilijs ⁊ abſtrahat̄ a noxijs: ⁊ ad ſalutaria dirigat̄. Ꝑ do. Ad Gala.v.

FRés. Spiritu ambulate: ⁊ deſideria carnis nó ꝑficietis. Caro eñi cócupiſcit aduerſus ſpiritū: ſpūs auté aduerſus carné. Hec eñi ſibi īuicé aduerſant̄: ut nó q̄cūqʒ vultis illa faciatis. Qđ ſi ſpū ducemini: nó eſtis ſub lege. Manifeſta aūt ſunt opa carnis q̄ ſunt fornicatio: inmūditia ipudicitia: luxuria: idolorū ſeruitus: ueneficia: inimicitie: ꝯtētiones: emulatiōes: ire: rixe: diſſenſiones: ſecte: inuidie: homicidia: ebrietates comeſationes. Et his ſiīa q̄ predico vob̄ ſicut p̄dixi: qm̄ qui talia agūt: regnū dei nó ꝯſequent̄. Fructus aūt ſpiritus eſt caritas: gaudiū: pax: patiētia: longanimitas: bonitas: benignitas: māſuetudo: fides: modeſtia: ꝯtinētia caſtitas. aduerſus huiuſmodi nó eſt lex. Qui aūt ſūt xp̄i: carné ſuá crucifixerūt cum vitijs ⁊ cócupiſcentijs. Grad.

Bonū eſt cōfidere in dño q̄ cōfidere in homie. V. Bonū eſt ſperare in dño q̄ ſperare in principibus. Alleluia. V. Quoniā deꝰ magnus dominus ⁊ rex magnꝰ ſuꝑ omné terrā. S. Lucá.xvij.

IN illo tp̄e. Cū iret ieſus in hieruſalē: tranſibat ꝑ mediā ſamariā ⁊ galileam. Et cum ingrederet̄ quoddā caſtellū: occurrerūt ei decem viri leproſi qui ſteterunt alōge: ⁊ leuauerunt vocē dicentes. Jeſu preceptor miſerere noſtri. Quos ut vidit: dixit. Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et factū eſt dum irent mundati ſunt. Unus aūt ex illis ut vidit quia mūdatus eſt: regreſſus eſt cū magna voce magnificās deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat ſamaritanus. Reſpondens aūt ieſus dixit. Nonne decem mundati ſunt: et no-

uenit ubi ſunt? Non eſt inuen
tus q̇ rediret ⁊ daret gloriaꝫ
deo: niſi hic alienigena. Et
ait illi. Surge: vade quia fi-
des tua te ſaluũ fecit. Offer.
Immittit angelus dñi in cir-
cuitu timentiũ eum: ⁊ eripiet eos
guſtate ⁊ videte quoniam ſuauis
Concede Secre. eſt dominus
nobis q̃ſumus domine: vt
hec hoſtia ſalutaris ⁊ noſtro
rũ fiat purgatio delictorum
⁊ tue propitiatio maieſtatis
Panis quẽ Coio. Per dñm.
ego dedero caro mea eſt pro ſecu
Purificent Complẽ. li vita.
ſemper ⁊ muniant tua ſacra
menta nos deus: ⁊ ad perpe
tue ducant ſaluationis effe-
ctum. Per dñm. Feria. iiij.
Fr̃es Ad Corinth. ij. ca. vi
Nolite iugũ ducere cũ in
fidelib⁹. Que eñi eſt partici-
patio iuſticie cũ iniquitate?
Aut q̃ ſocietas lucis ad tene
bras? Que aũt cõuentio xp̃i
ad belyal? Aut q̃ pars fideli
cũ infideli. Quis aũt conſen
ſus tẽplo dei cũ ydolis? Voſ
eñi eſtis tẽplũ dei viui: ſicut
dicit dñs: qm̃ habitabo in il
lis: ⁊ ambulabo inter eos: ⁊
ero illoꝝ deus: ⁊ ipſi erũt mi
hi pp̃l's. Propter qđ exite de
medio eoꝝ ⁊ ſeparamini di-
cit dñs: ⁊ immundũ ne tetigeri
tis: ⁊ ego recipiam vos: ⁊ ero
vobis in patrẽ: ⁊ vos eritis
mihi i filios ⁊ filias: dicit do-
minus op̃s. Has igit̃ hñtes
ꝓmiſſiones fr̃es chariſſimi:
mũdemus nos ab oĩ inq̃na
mẽto carnis ⁊ ſpũs ꝑficiẽtes
ſctificationẽ i timore dei ꝑ ie-
ſũ xp̃m dñm nr̃m. S. mar. i.
In illo tp̃e. Venit ad ieſũ
leproſus dep̃cans eũ: et
genu flexo añ eũ dixit. Dñe:
ſi vis potes me mũdare. Je
ſus aũt miſertus eius: exten
dẽs manũ ſuã ⁊ tangẽs eum
ait illi. Volo: mũdare. Et cũ
dixiſſet: ſtatim diſceſſit lepra
ab eo: ⁊ mũdatus eſt. Et cõ-
minat⁹ eſt ei: ſtatimqꝫ eiecit
eum ⁊ dicit illi. Vide nemini
dixeris: ſed vade oñde te prĩ
cipi ſacerdotũ: ⁊ offer ꝓ emũ
datione tua q̃ p̃cepit moiſes
in teſtimoniũ illis. At ille e-
greſſus cepit p̃dicare ⁊ diffa-
mare ſermonẽ: ita vt iã non
poſſet manifeſte introire i ci
uitatẽ: ſed foris in deſertis lo
cis eſſe: ⁊ cõueniebant ad eũ
vndiqꝫ. Feria. vj. S. Lu. xij.

IN illo t. Ait ad ieſũ q̃dã
de turba. Magiſter: dic
fratri meo ut diuidat mecũ
hereditatẽ. At ille dixit. Hõ:
quis me cõſtituit iudicẽ aut
diuiſorẽ ſuper vos? Dixitqꝫ
ad illos. Videte ⁊ cauete ab
oĩ auaritia: quia nõ inabun
dantia cuiuſq̃ vita eiꝰ eſt ex
his q̃ poſſidet. Dixit autẽ ſi-
militudinẽ dicens ad illos.
Homis cuiuſdã diuitis vbe
res fructus ager attulit: ⁊ co
gitabat intra ſe dicẽs. Quid
faciã q2 nõ habeo q̊ cogregẽ
fructus meos? Et dixit Hoc
faciã: deſtruã horrea mea: et
maiora faciã: ⁊ illuc cõgrega
bo oĩa q̃ nata ſũt mihi ⁊ bo-
na mea: ⁊ dicã aĩe mee. Aĩa
habes multa bona poſita ĩ
annos plurimos: requieſce: co
mede: bibe epulare. Deꝰ aũt
dixit illi. Stulte hac nocte aĩ-
mã tuã repetunt a te: q̃ autẽ
paraſti cuiꝰ erũt? Sic eſt qui
ſibi theſaurizat: ⁊ non eſt in
deũ diues. Dixitqꝫ ad diſci-
pulos ſuos. Ideo dico vob̃
Nolite ſolliciti eſſe aĩe vr̃e
q̃d mãducetis: neqꝫ corpori
vr̃o q̊ veſtiamini. Aĩa plus
eſt q̃ eſca: ⁊ corpus pluſq̃ ve-
ſtimẽtũ. Cõſiderate coruos
q2 nõ ſeminãt neqꝫ metunt:
quibus non eſt cellariũ neqꝫ
horreũ: et deus paſcit illos.

INclina dñe Dñica.xv
aurẽ tuã ad me: ⁊ exaudi
me ſaluũ fac ſeruũ tuum
deus meus ſperantẽ in te miſere-
re mihi dñe: qm̃ ad te clamaui to
ta die. Ps. Letifica animã ſerui
tui: qm̃ ad te dñe animã meã le-

ECcleſiã tuã Colla. uaui.
q̃s dñe miſeratio cõti-
nuata mũdet ⁊ muniat: ⁊ q2
ſine te nõ põt ſalua conſiſte-
re: tuo ſemꝑ munere guber-
net. P dñm. Ad Galath. vi.

FRẽs. Si ſpũ viuimꝰ: ſpũ
⁊ ambulemus. Nõ effici
amur inanis gl̃e cupidi in-
uicẽ puocãtes: inuicẽ inuidẽ-
tes. Fratres ⁊ ſi pocupatus
fuerit homo in aliq̊ delicto:
vos q̃ ſpirituales eſtis huiõi
inſtruite in ſpũ lenitatis: cõ-
ſiderãs teipm̃ ne ⁊ tu tẽteris.
Alter alteriꝰ onera portate:
⁊ ſic adimplebitis legẽ xp̃i.
Nã ſi q̃s exiſtimat ſe aliquid
eſſe cũ nihil ſit: ipſe ſe ſeducit.
Opus aũt ſuũ pbet vnuſq̄ſ-
qꝫ: ⁊ ſic ĩ ſemetipſo tm̃ gloriã
habebit: ⁊ nõ ĩ altero. Vnuſ

quiſq; enī on⁹ ſuū portabit.
Cōmunicet aūt is q̇ cathezi-
zat verbo ei q̇ ſe cathezizat in
oībus bonis. Nolite errare:
deus nō irridet. Que enī ſe-
minauerit homo: hec et me-
tet. Quō q̇ ſeminat in carne
ſua: de carne ⁊ metet corrup-
tionē. Qui aūt ſeminat i ſpū
de ſpū metet vitā eternā. Bo
nū aūt facientes nō deficiam⁹
tpe enī ſuo metemus nō defi
cientes. Ergo dū tps habe-
mus operemur bonū ad oēs:
maxime aūt ad domeſticos
Bonū eſt confiteri Gr. fidei.
dño ⁊ pſallere noī tuo altiſſime.
V. Ad annunciandū mane miſe
ricordiā tuā ⁊ veritatē tuā p no-
ctē. Alleluia. V. Paratū cor meū
deus paratū cor meū: cantabo ⁊
pſallā in gl'ia mea. S. Mat. vi.
IN illo tpe. Dixit ie. diſ. ſ.
Nemo pōt duobus do-
minis ſeruire. Aut enī vnū
odio habebit ⁊ alterū diliget:
aut vnū ſuſtinebit ⁊ alterū cō-
temnet. Nō poteſtis deo ſer-
uire ⁊ mamone. Ideo dico
vobis: ne ſolliciti ſitis aie vr̄e
q̇d manducetis: neq; corpi ve
ſtro q̇d induamini. Nōne aia
plus eſt q̄ eſca: ⁊ corpus plus
q̄ veſtimentū: Reſpicite vola-
tilia celi: qm̄ nō ſerunt: neq;
metūt: neq; ꝯgregāt in hor-
rea: ⁊ pr̄ vr̄ celeſtis paſcit illa.
Nōne vos magis plures eſtis
illis: Quis aūt vr̄m cogitās
pōt adijcere ad ſtaturā ſuā
cubitū vnū: Et de veſtimēto
q̇d ſolliciti eſtis: Cōſiderate
lilia agri quō creſcunt: nō la-
borāt: neq; nent. Dico autē
vobis: qm̄ nec ſalomō in oī
gl'ia ſua coopertus ē ſicut vnū
ex iſtis. Si aūt fenū agri q̇d
hodie eſt ⁊ cras i clibanū mit
tit: de⁹ ſic veſtit: q̄nto magis
vos minime fidei. Nolite ḡ
ſolliciti eſſe dicētes: q̇d mādu
cabim⁹: aut q̇d bibem⁹: aut
q̇ operiemur: Hec oīa gētes in
quirūt. Scit enī pr̄ veſter ce-
leſtis: q; his oībus indigetis
Querite ergo primū regnū
dei ⁊ iuſticiā eius: ⁊ hec omnia
Expectās Off. adijcient vobis
expectaui dominū: ⁊ reſpexit me:
⁊ exaudiuit deprecationē meā: et
immiſit in os meū canticū nouū
Tua Secr. ⁊ hymnū deo nr̄o.
nos dn̄e ſacramēta cuſtodi-
ant: ⁊ ꝯtra diabolicos ſemp
tueant incurſus. P d. Coio.
Qui manducat carnem meam:

ꝛ bibit ſanguinē meū: in me ma-
net ꝛ ego in eo dicit dn̄s. Cōpl.
Mentes nr̄as ꝛ corpa poſſi
deat qm̄s dn̄e doni celeſtis
opatio: ut nō noſter ſenſus i
nobis: ſed iugiter eius pua-
leat effectus. P dn̄. Feria.iiij
Fr̄es. Ad Coloſſenſes.i
Gratias agim⁹ deo pa-
tri q̄ dignos nos fecit in par
tē ſortis ſanctoꝝ in lumine q̄
eripuit nos de poteſtate tene
braꝝ: ꝛ tranſtulit in regnū fi
lij dilectiōis ſue. In q̄ habe-
mus redēptionē p ſanguinē
eius i remiſſionē pctōꝝ: q̄ eſt
imago dei inuiſibilis primo
genit⁹ oīs creature: qꝛ in ipo
cōdita ſunt uniuerſa in celo
ꝛ in terra: viſibilia ꝛ inuiſibi-
lia: ſiue throni ſiue dn̄atiōes
ſiue principat⁹: ſiue poteſta-
tes. Oia p ipm ꝛ in ipo crea-
ta ſunt: ꝛ ipſe eſt ante oēs: et
oia in ipo ꝯſtāt. Et ipe eſt ca-
put corpis eccl'ie: qui eſt prin-
cipiū primogenitus ex mor
tuis: ut ſit ipſe in omnib⁹ pri
matū tenens: ieſus xp̄s dn̄s
noſter. S. Matheum.v.
In illo tpe. Di. ie. d. ſ. Au
diſtis qꝛ dictū eſt antiq̄s. Nō
piurabis: reddes autē dn̄o
iuramenta tua. Ego aūt di
co vobis: nō iurare omnino:
Neqꝫ p celū: qꝛ tronus dei eſt
Neqꝫ p terrā: qꝛ ſcabellū pe-
dū eius eſt. Neqꝫ p hieroſoly
mā: qꝛ ciuitas eſt regis ma-
gni. Neqꝫ p caput tuū iura-
ueris: qꝛ nō potes unū capil-
lū albū facere aut nigrum.
Sit aūt ſermo veſter: eſt eſt:
nō nō. Qđ aūt his abūdan-
tius eſt: a malo eſt. Audiſtis
qꝛ dictū eſt. Oculū p oculo:
dentē p dente. Ego aūt dico
vobis: nō reſiſtere malo: ſed
ſi q̇s te pcuſſerit in dextram
maxillā tuā: p̄be illi ꝛ alterā.
Et ei qui vult tecū in iudicio
cōtendere ꝛ tunicā tuā tolle-
lere: dimitte ei ꝛ palliū. Et q̄-
cūqꝫ angariauerit te ire mil
le paſſus: vade cū illo et alia
duo. Qui aūt petit a te: da il
li. ꝛ volenti mutuari a te: ne
auertaris. Feria.vj. S. Lu.
In illo tpe Factū eſt in xx.
vna dieꝝ docēte ieſu po-
pulū in tēplo ꝛ euāgelizante
ꝯuenerūt principes ſacerdo
tū ꝛ ſcribe cū ſeniorib⁹: ꝛ aiūt
dicētes ad illū. Dic nobis: in
qua poteſtate hec facis: aut
q̇s eſt qui dedit tibi hāc pote

ſtatē.Rñdens aūt dixit ad il-
los. Interrogabo ⁊ ego voſ
vnū verbū rñdete mihi. Ba
ptiſmus iohānis ď celo erat
an ex hoībus: At illi cogita
bāt intra ſe dicētes. Quia ſi
dixerim⁹ de celo: dicet. Qua
re ğ nō credidiſtis ei: Si aūt
dixerimus ex hoibus plebs
vniuerſa lapidabit nos Cer
ti ſunt enī iohānē ꝓphetā eſſe
Et rñderūt ſe neſcire vnde eſ
ſet. Et ait illis ieſus. Neqꝫ di
co vobis in q̄ ꝑtāte hec facio

Dñica. xvij. Intr.

Miſerere mihi dñe qm̄
ad te clamaui tota die
qꝛ tu dñe ſuauis ac mitis es ⁊ co
pioſus in miſcďia oībus inuocā
tibus te. Ps. Inclina dñe aurē
tuā ⁊ exaudi me: qm̄ inops ⁊ pau

Tua Colla. per ſum ego.
nos qs̄ dñe/gratia ſp
⁊ p̄ueniat ⁊ ſequat̄: ac bonis
opibꝰ iugiter ꝑſtet eſſe in
tentos. P do. Ad Epheſe. iij

Fr̄es. Obſecro voſ ne de
ficiatis in tribulatiōib⁹
meis ꝓ vobis: q̄ eſt glīa vr̄a.
Huius rei grā flecto genua
mea ad patrē dñi nr̄i ieſu xp̄i
Ex q̊ oīs paternitas in celis
⁊ in terra noīat̄: vt det vobis
ſcđm diuitias glīe ſue/virtu-
tē corroborari ꝑ ſpiritū eius
⁊ interiori hoīe habitare/chri
ſtū p̄ fidē in cordibus vr̄is: in
charitate radicati ⁊ fundati
vt poſſitis ꝯprehēdere cū oī-
bus ſctis/q̄ ſit latitudo: lōgi-
tudo: ſublimitas atqꝫ ꝓfun
dū. Scire etiā ſupeminentē
charitatē xp̄i: vt impleamini
in omnē plenitudinē dei. Ei
aūt qui potens eſt oīa facere
ſupabundāter q̄ petim⁹/aut
intelligimus ſcđm virtutē q̄
opat̄ in nobis: ipſi glīa in ec-
cleſia: ⁊ in xp̄o ieſu/in oēs ge-
neratiōes/ſeculi ſcloꝝ. Amē.

Timebūt gētes nomē tuū Gr.
dñe: ⁊ omnes reges terre gloriā
tuā. V. Qm̄ edificauit dñs ſyō:
⁊ videbit̄ in maieſtate ſua. Alla
V. In exitu iſrael de egypto do-
mus iacob de ꝑplo barbaro. V.
Facta eſt iudea ſctificatio ei⁹ iſrl̄
poteſtas eius. Scđꝫ Lucā. vij.

In illo tp̄e. Ibat ieſus in
ciuitatē q̄ vocat̄ naym: ⁊
ibant cū illo diſcipuli eius/et
turba copioſa. Et cū appro-
pinq̄ret/porte ciuitatis: ecce
defunctus efferebat̄ filius/vni
cus matris ſue. Et hec vidua
erat: ⁊ turba ciuitatis multa

cũ illa. Quã cũ vidiſſet ieſus
miſeria motus ſup illã dixit
ei. Noli flere. Et acceſſit ⁊ teti
git loculũ. Hi aũt qui porta
bant ſteterũt. Et ait. Adole
ſcens tibi dico ſurge. Et reſe
dit q̃ erat mortuus: et cepit
loqui: ⁊ dedit illũ matri ſue.
Accepit aũt oẽs timor: ⁊ ma
gnificabant deum dicentes
Quia ꝓpheta magnus ſur-
rexit in nobis: ⁊ q: deus viſi-
tauit plebem ſuam. Offer.
Dñe in auxiliũ meum reſpice: et
ↄfundant ⁊ reuereant qui q̃runt
Munda Secre. animã meã.
nos q̃ſ dñe ſacrificij pñſen-
tis effectu: ⁊ ꝑfice miſeratus
in nobis ut ei⁹ mereamur eſ
Dñe me Coĩo ſe ꝑcipes. P.
morabor iuſticie tue ſolius deus
docuiſti me a iuuentute mea: ⁊ vſ
q: in ſenectã ⁊ ſeniũ deus ne dere
Purifica q̃s Cõpl. linq̃s me.
dñe mẽtes nr̃as benignus ⁊
renoua celeſtib⁹ ſacramẽtis:
ut cõſeq̃nter ⁊ corpoꝝ pñſens
pariter ⁊ futurũ capiamus
auxiliũ. P do. Feria. iiij. Ad
Rẽs. Vide Coloſſen. ij.
te ne quis vos ſeducat
ꝑ philoſophiã ⁊ inanẽ falla-
cia ſcdm traditionẽ hominũ
ſcdm elemẽta huius mũdi: ⁊
nõ ſcdm xp̃m: q: in ip̃o habi
tat oĩs plenitudo diuinita-
tis corꝑaliter: ⁊ eſtis in illo re-
pleti q̃ eſt caput oĩs principa
tus ⁊ poteſtatis. In q̊ ⁊ cir-
cũciſi eſtis: circũciſiõe nõ ma-
nufacta in expoliatione cor-
poris carnis: ſed in circũciſi-
one xp̃i cõſepulti ei in baptiſ
mo in quo ⁊ reſurrexiſtis ꝑ fi
dẽ operationis dei qui ſuſcita-
uit illũ a mortuis. Et vos cũ
mortui eſſetis in delictis ⁊ p̃-
putio carnis vr̃e cõuiuificauit
cũ illo: donãs vobis oĩa de-
licta. P ieſuz xp̃m dñm nr̃m
In illo tp̃e. S. Mat. xviij.
Accedẽs ad ieſum q̃dã
dixit ei. Magiſter quid boni
faciã: ut habeã vitã eternã:
Qui dixit ei. Quid me inter-
rogas de bono: Un⁹ eſt bo-
nus deus. Si aũt vis ad vitã
ingredi: ſerua mãdata. Di-
cit ille. Que: Jeſus aũt dixit
Non homicidiũ facies: non
adulterabis: nõ facies furtũ
nõ falſum teſtimoniũ dices:
honora patrẽ ⁊ matrẽ: ⁊ dili-
ges proximũ tuũ ſicut teip̃m.
Dicit illi adoleſcẽs. Oĩa hec
cuſtodiui. Quid adhuc mihi

deeſt: Ait illi ieſus. Si vis p-
fectus eſſe vade ⁊ vende q̄ ha
bes: ⁊ da paupibꝰ: ⁊ habebiſ
theſaurū in celo: ⁊ veni ſeq̄re
me. Feria.vj.S.Math.viij.

IN illo tpe. Venit ieſus ī
betſaida: ⁊ adducūt ei ce
cū: ⁊ rogabāt eū vt illū tāge-
ret. Et app̄henſa manu ceci:
eduxit eū extra vicū ⁊ expuēſ
ī oculos eiꝰ ipoſitis manibꝰ
ſuis interrogauit eū ſi aliq̄d
videret. Et aſpiciens ait. Vi
deo hoīes velut arbores am
bulātes. Deinde iterꝝ impo-
ſuit manū ſup oculos eius: ⁊
cepit videre Et reſtitutus eſt
ita: vt videret clare oīa. Et
miſit illū in domū ſuā dicēs
Vade in domū tuā: ⁊ ſi vicū
introieris: nemini dixeris.

IUſtus es Dñica.xviij.
dñe ⁊ rectum iudiciū tuū
fac cū ſeruo tuo ſcd̄m mi-
ſericordiā tuā. ps. Beati imacu
lati in via, q̄ ambulāt in lege dñi

DA q̄s dñe pp̄lo Colla
tuo diabolica vitare cō
tagia: ⁊ te ſolū deū pura mē
te ſectari P. Ad Eph.iiij

FRēs. Obſecro vos ego
vinctꝰ ī dño: vt digne ambu
letis vocatiōe q̄ vocati eſtis
cū oī hūilitate ⁊ māſuetudie
cū patiētia ſupportātes īuicē
ī caritate: ſolliciti ſeruare vni
tatē ſpūs ī vinculo pacis. vnū
corpꝰ ⁊ vnꝰ ſpūs: ſicut vocati
eſtis ī vna ſpe vocatiōis vr̄e.
Vnꝰ dñs: vna fides: vnū ba
ptiſma: vnꝰ deꝰ ⁊ pr̄ oim: q̄ ē
ſup oēs ⁊ p oia ⁊ ī oibꝰ nob: q̄
eſt b̄ndictꝰ in ſc̄la ſc̄lor amē.
Btā gēs cuiꝰ ē dñs deꝰ eiꝰ Gr.
pp̄ls quē elegit dñs in hereditatē
ſibi. V. Verbo dñi celi firmati
ſunt: ⁊ ſpū oris eiꝰ oīs virtus eor
Alla. V. Dilexi q̄m exaudiet

IN dñs vocē meā. S.Lu.xiiij
IN il.t. Cū intraret ih̄s in
domū cuiuſdā principiſ pha
riſeor ſabbato manducare
panē ⁊ ip̄i obſeruabāt eū Et
ecce hō q̄dā hydropicuſ erat
āñ illū Et rūdēs ih̄s dixit ad
legiſperitos ⁊ phariſeos di-
cēs. Si licet ſabbato curare:
At illi tacuerūt. Ip̄e v̄o ap-
prehenſum ſanauit eū ac di-
miſit. Et reſpondēs ad illos
dixit Cuius veſtrum aſinus
aut bos in puteum cadet: et
non ꝯtinuo extrahet illū die
ſabbati: Et nō poterant ad
hec reſpondere illi. Dicebat
aūt ⁊ ad inuitatos parabolā:

intendens quō primos accu
bitus eligerēt dicēs ad illos.
Cū inuitatꝰ fueris ad nupti-
as nō diſcūbas in primo lo-
co: ne forte honoratioꝛ te ſit
inuitatus ab illo: ⁊ veniēs is
q̇ te ⁊ illū vocauit: dicat tibi.
Da huic locū: ⁊ tūc incipias
cū rubore nouiſſimū locū te
nere. Sed cū vocatus fueris
vade ⁊ recūbe in nouiſſimo
loco: vt cū venerit q̇ te inuita
uit dicat tibi. Amice aſcēde
ſupius: tūc erit tibi gl'ia corā
ſil' diſcūbentibꝰ. Quia ois q̇
ſe exaltat humiliabit': et q̇ ſe
humiliat exaltabit'. Offer.
Oraui deū meum ego daniel di
cēs: exaudi dn̄e preces ſerui tui il
lumina faciē tuā ſup ſanctuariū
tuū: ⁊ ꝓpiciꝰ intēde ppl'm iſtū ſup
quē inuocatū eſt nomē tuū deus
Maieſtatē tuā dn̄e ſup Sec
pliciter deprecamur: vt hec
ſctā q̇ gerimꝰ ⁊ a p̄teritis nos
delictis exuant ⁊ futuris. P.
Vouete ⁊ reddite dn̄o deo Coio
veſtro om̄es qui in circuitu eius
affertis munera: terribili ⁊ ei qui
aufert ſpiritū principū terribili
apud oēs reges terre. Cōplen.
Sanctificationibꝰ tuis oṗs
deus ⁊ vitia nr̄a curent': ⁊ re-
media nobis eterna prouē-
niant. P. do. Nota q꞉ p̱xima
feria q̄rta poſt exaltationē
ſcē crucis: q̄ttuoꝛ tp̄a ſūt ob
ſeruāda. Vn̄ v̄. Vult crux:
lucia: cineres: cariſmata dia
Vt ſit angaria q̄rta ſequēs
feria. Feria. iiij. q̄ttuoꝛ tē-

Exultate deo adiu Por
toꝛi nr̄o: iubilate deo ia-
cob: ſumite pſalmū iocū
dū cum cythara: canite in initio
menſis tuba: q꞉ p̄ceptū in iſrael
eſt ⁊ iudiciū deo iacob. Ps. Teſti
moniū in ioſeph poſuit illud cū
exiret de terra egypti. Oremus
Miſericordie tue Colla.
remediis q̄mſ fragili-
tas noſtra ſubſiſtat: vt que
ſua cōditione atteritur tua
clementia reparet'. P. dn̄m.

Lectio Amos prophete. ix.

Hec dicit dn̄s deus. Ecce
dies veniēt: ⁊ ꝯp̄hendet
aratoꝛ meſſoꝛem: ⁊ calcatoꝛ
vue mitentē ſemen. Et ſtilla
bunt mōtes dulcedinē: ⁊ oēs
colles culti erūt. Et ꝯuertā ca
ptiuitatē ꝑpl'i mei iſrl': ⁊ edifi-
cabūt ciuitates deſertas ⁊ ha
bitabūt i eis. ⁊ plātabūt vine
as: ⁊ bibēt vinū eaꝝ ⁊ facient
hortos ⁊ comedēt fructꝰ eoꝝ.

Et plantabo eos ſup humũ ſuã: ⁊ nõ euellã eos ultra de terra ſua quã dedi eis. Dicit

Quis ſicut dñs **Gr.** dñs oþs deus noſter qui in altis habitat: ⁊ humilia reſpicit in celo ⁊ i terra **V.** Suſcitans a terra inopẽ: ⁊ de ſtercoꝛe erigẽs pauperẽ. **Colla.**

Preſta q̃ſ dñe familie ſupplicanti: ut dũ a cibis coꝛpalibus ſe abſtinet: a viciis mẽte ieiunet. P dn. **Lcõ Eſdꝛe pphete .ii. capi. viij.**

bili puidentia cõtuliſti. P d. Epla. Iuſtoꝝ aie. clxij. Gr. Clamauerũt iu. clxiij. Alla. Te martirũ. clxiij. Euã. Cũ audi eritis. clxiij. Off. Gloriabunt. In tuoꝝ dñe p̄ciu. Secr. cioſa morte ſãctoꝝ ſacrificiũ illud offerimus: de q̄ marty rũ ſumpſit om̄e p̄cipiũ. P. Coi. Poſuerũt mor. clxu. Copl. Sit nob dñe reparatio mẽ tis ꝛ corpis ſacramẽti tui cer ta ſaluatio: q̄ cũ btõꝝ marti rum tuoꝝ coſme ꝛ damiani meritis iplorat. P. Michae lis archangeli Intr. Benedicite dñõ oẽs an geli eius potentes virtu tes qui facitis verbuꝫ eius ad au diendã vocem ſermonũ eius. ꝟ. Benedic aĩa mea dño: ꝛ oĩa que intra me ſunt noĩ ſctõ ei⁹. Coll. Deus q̄ miro ordie ange lorũ miniſteria hoĩmq̄ꝫ diſpenſas cõcede ꝓpitius: vt a quib⁹ tibi miniſtrantib⁹ in celo ſemp̄ aſſiſtit: ab his etiã in terra vita nr̄a muniat. P. In dieb⁹ Lctõ Apoca. i. illis. Signauit de⁹ que oportet fieri cito: loquens p̄ angelũ ſuũ ſeruo ſuo iohan ni: qui teſtimoniũ perhibuit verbo dei: ꝛ teſtimoniũ ieſu xp̄i quecũq̄ꝫ vidit. Beatus q̄ legit ꝛ qui audit verba ꝓphe tie hui⁹: ꝛ ſeruat ea que in ea ſcripta ſunt. Tẽpus em̄ ꝓpe eſt. Iohãnes ſeptẽ eccleſijs q̄ ſunt in aſia. Gratia vobis et pax ab eo qui eſt: ꝛ qui erat: ꝛ qui venturus eſt. Et a ſeptẽ ſpiritib⁹ qui in cõſpectu thro ni eius ſunt: ꝛ a ieſu xp̄o qui eſt teſtis fidelis p̄mogenit⁹ mortuoꝝ: ꝛ princeps regum terre. Qui dilexit nos: et la uit nos a pctis noſtris i ſan guine ſuo. Bñdicite dñõ Gr. oẽs angeli eius potẽtes virtutes: qui facitis verbũ eius. ꝟ. Bene dic anĩa mea dño ꝛ oĩa interiora mea nomẽ ſanctũ eius. Alla. ꝟ. Concuſſum eſt mare ꝛ cõtremuit terra: vbi archangelus michael deſcẽdebat de celo. Seqn. Summi regis archãgele mi chael. Intende q̄ſumus nr̄is vo cibus. Te nãq̄ꝫ profitemur eſſe ſupnoꝝ ciuiũ principẽ. Tu deũ obſecra pro nobis vt mittat auxi liũ miſeris. Principalis eſt po teſtas a dño tibi data peccantes ſaluificare animas. Tu dem te nes perpetui potentiam parady ſi omnes ciues te adorãt ſuperi.

Tu i tẽplo dei thuribulũ aureũ viſus es habuiſſe manib⁹. Jn de ſcãdẽs vapor aromate plurie peruenit ante ꝯſpectũ dei. Quãdo cũ dracone magnũ cõmiſiſti preliũ faucib⁹ illius aĩas eruiſti plurimas. Hinc maximũ agebat in celo ſilenciũ milia milium dicebant ſalus regi dño. Audi nos michael angele ſumme tu parũ deſcende de poli ſede nobis ferendo opem dñi atq̃ leuamẽ indulgencie. Tu noſtros gabriel hoſtes ꝓſterne: tu raphael egris affer medelã morbos auerte culpas dilue noſq̃ fac intereſſe gaudiis beatorꝶ. S. Mathe. xviij.

In illo tẽpe. Acceſſerũt ad ieſum diſcipuli dicentes Quiſputas maior eſt in regno celorꝶ: Et aduocãs ieſus paruulũ: ſtatuit eũ in medio eorꝶ ⁊ dixit. Amẽ dico vobis niſi cõuerſi fueritis: ⁊ efficiamini ſicut paruuli: nõ intrabitis in regnũ celorꝶ. Quicũq̃ ꝙ hũiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic maior eſt i regno celorꝶ Et q̃ ſuſceperit unũ talẽ in noĩe meo: me ſuſcipit Qui aũt ſcãdaliſauerit unũ de puſillis iſtis q̃ i me credũt expedit ei vt ſuſpendat̃ mola aſinaria in collo eius: ⁊ dimergit̃ in profundũ maris. Ve mũdo ab ſcãdalis Neceſſe eſt eñi vt veniãt ſcandala. Verũtñ ve hoi illi ꝑ quẽ ſcandalum venit Si aũt manus tua vel pes tuus ſcandaliſat te: abſcinde eũ ⁊ pijce abs te. Bonũ eſt tibi ad vitã ingredi debilem vel claudũ: q̃ duas man⁹ vel duos pedes habentem mitti in ignẽ eternũ Et ſi oculus tuus ſcãdaliſat te: erue eum ⁊ proijce abs te. Bonũ eſt tibi unũ occulũ habentẽ ad vitã intrare q̃ duoſ ocl'os habentẽ mitti in gehẽnã ignis. Videte ne contẽnatis unũ ex his puſillis. Dico eñi vob: q: angeli eorꝶ ſemꝑ vidẽt faciẽ patris mei q̃ in celis eſt. Credo. nõ dr niſi fuerit

Stetit angelus iu dñica. Off. [i.e. Offertorium]

Stetit angelus iu
xta arã tẽpli habẽs thuribulum aureũ in manu ſua: et data ſunt ei incenſa multa ⁊ aſcendit fum⁹ aromatũ in ꝯſpectu dei. Secre.

Hoſtias tibi dñe laudis offerimus ſuppliciter depcãtes vt eaſdẽ ꝑ nobis angelico interuenĩete ſuffragio ⁊ placatus accipias: ⁊ ad ſalutẽ noſtrã prouenire cõcedas. P d.

Bñdicite oẽs angeli dñi Coio
dño: hymnũ dicite ⁊ ſupexaltate
Bti archãge Cõpl. eũ in ſcl'a.
li cui michaelis interceſſione
ſuffulti ſupplices te dñe dep-
camur: ut qđ honore ꝑſequi
mur ꝯtingamus ⁊ mẽte. ꝑ.
Hieronymi ꝯfeſſoris Intr
Os iuſti medi. clxv. Coll'a
Deus qui nobis ꝑ beatũ
hieronymũ ꝯfeſſorẽ ſacerdo
tẽqȝ tuũ ſcripture ſancte veri
tatẽ: ⁊ myſtica ſacramẽta re-
uelare dignatus es: ꝓſta q̃s:
ut cui⁹ natalitia colimus: ei⁹
ſemp ⁊ erudiamur doctrinis
⁊ meritis adiuuemur. ꝑ do.
Epl'a. Optaui ⁊ dat⁹ eſt. clxvi
Grad. Os iuſti. clix Alľa. Iſte
eſt qui. clxvij. Euã. Vos eſtis
ſal. clxviij. Off. Ueritas. clxix.
Hoſtias tibi dñe btĩ Secre.
hieronimi ꝯfeſſoris tui dicã
das meritis benign⁹ aſſume
et ad ꝑpetuũ nobĩ tribue pro
uenire ſubſidium. ꝑ. Coio.
Beatus ſeruus. clxix. Cõpl'a.
Omnĩps ſempĩtne deus: q̃ ec-
cleſie tue btm̃ hieronimũ cõ
feſſorẽ ſcripture ſcrẽ ⁊ verũ in
terpretẽ ⁊ tractatorẽ tribuiſti
ꝯcede ꝓpitius: ut eius ſemp ⁊
erudita doctrinis ſtabili fide
in veneratione tui nois ⁊ ag
nitiõe ꝓficiat. ꝑ. Remigij et
Germani. Iuſti epulent. clxi.
Exaudi dñe ꝓplm Coll'a
tuũ ⁊ ſctõꝝ confeſſoꝝ tu
orum remigij: germani ⁊ ve
daſti ſolẽnia celebrantẽ: tpa-
lis vite tribue pace gaudere:
⁊ eterne reperire ſubſidiũ. ꝑ
Epl'a. Metuẽtes dñm. clxij.
Gr. Exultabũt ſcti clxiij. Alľa
Letamini. clxiij. Euã. Sint lũ
bi. clxviij. Off. Mirabilis. clxv
Preces noſtras qũs Secr.
dñe ⁊ tuoꝝ reſpice oblatiões
fidelium: ut tibi grate ſint in
tuoꝝ feſtiuitate ſanctorum:
⁊ nobis conferant tue ꝓpitia
tionis auxiliũ. ꝑ do. Coio.
Iuſtoꝝ anime. fol. clxv. Cõpl'a
Repleti ſacramẽto repara-
tionis humane preſta queſu
mus: ut per ea que nobis di-
gnatus es munere prebere
celeſti intercedẽtibus ſanctis
tuis remigio: germano: at-
qȝ vedaſto: per hec eadeȝ tri-
buas nobis donis inherere
celeſtib⁹. ꝑ. Marci cõfeſſo.
Intr Sacerdotes tui. clxv. Coll
Exaudi domĩe preces no
ſtras: et interueniẽte be-
ato marco ꝯfeſſore tuo atqȝ

pótifice:ſupplicationes nr̃as
placatus intende. Ꝑ. Epl'a.
Dedit dñs có. clxvi. Gr. In
ueni dauid. clxvij. Alľa. Elegit.
clxvij. Euág. Vigilate. clxvij.
Off. Veritas mea. clxix. Sec.
Accepta tibi ſit dñe ſacrate
plebis oblatio ꝓ tuoꝝ hono
re ſctóꝝ: quoꝝ ſe meritis ꝑce
piſſe ď tribulatióe cognoſcit
auxiliú. Ꝑ. Coio. Dñe quinq̃ȝ.
O a qm̃s dñe fide clxix. Cpľ.
libus ꝓpl'is tuis ſctóꝝ tuorū
ſemꝑ veneratióe letari ⁊ eoꝝ
ꝑpetua ſupplicatióe muniri.
Ꝑ ď. Dyoniſij ⁊ ſocioꝝ eius.
Intro. Salus aũt. clxi. Coll.
Preſta qm̃s oṕs de⁹: ut ſi
cut deuotiſſime ꝓpl's xpi
anus ad ſctóꝝ mrm̃ tuoꝝ di
oniſij: ruſtici et eleutherij tē-
poraleȝ ſolennitaté cócurrit.
ita ꝑfruat̃ eterna. ⁊ qď votis
amãtiſſime celebrat: pio có-
prehendat effectu. Ꝑ. Epl'a.
Sácti ꝑ fidé. clxi. Gra. Vindi
ca dñe. clxiij. Alľa. Iudicabũt.
clxiij. Euã. Hoc eſt p̃cep. clvij
Off. Mirabilis de. clxv. Sec.
Oblata tibi dñe múera po-
puli tui ꝓ tuoꝝ honore ſctóꝝ
dyoniſij: ruſtici et eleutherij
ſuſcipe ꝓpicius. ⁊ eoꝝ nob in
terceſſione ſctifica. Ꝑ. Cóio.
Ego vos elegi. fo. clxv. Cópľ.
Súptis dñe ſacramētis q̃s
ut intercedente btó martyre
tuo atq̃ȝ pontifice dyoniſio:
una cum ruſtico ⁊ eleutherio
ad redéptionis eterne ꝓficia
mus augmentū. Ꝑ. Gereo
nis ⁊ ſocioꝝ Multe tribulatio.
Deus q̇ nos an clxi. Coll.
nua beatoꝝ mrm̃ tuoꝝ
gereonis atq̃ȝ victoris: ſocio
rūq̃ȝ eoꝝ ſolénitate letificas:
p̄ſta qm̃s: ut q̊ꝝ gaudemus
meritis: inſtruamur exéplis
Ꝑ. Epľa. Spectaculú facti.
clxij. Gr. Timete. clxiij. Alľa.
Mirabilis de⁹. clxiij. Euã. Cú
audieritis. clxiij. Gr. Glori-
Munera Secre. abunť. clxv
dñe q̇ ꝓ martirū tuoꝝ gere-
onis atq̃ȝ victoris: ſocioꝝq̃ȝ
eoꝝ ſolennitate deferim⁹ ꝓpi
tius ſuſcipe: ⁊ mala oia q̇ iu-
ſte meremur: eoꝝ interceſſio
ne placatus auerte. Ꝑ. Coio
Dico aũt vobis. clxv. Compľ.
Qm̃s oṕs de⁹ ſalutarib⁹ re-
pleti miſterijs: ut quoꝝ ſolē-
nia celebram⁹: eoꝝ orationi-
bus adiuuemur. Ꝑ. Calixti
pape. Statuit. clxv. Coll.
Deus qui nos cóſpicis ex

nr̃a infirmitate deficere: ad amoꝛẽ tui nois nos miſericoꝛditer p ſctõꝝ tuoꝝ exẽpla reſtaura. P. Ep̃la Juſtũ deduxit. clxvi. Gr. Jurauit. clxvij Alla. Juſtus ger. clix. Euãg. Vigilate. clxvij. Off. Deſideꝛii. Mirifica qm̃s Secr. riũ. clx. Dñe nobis pꝛoſit oblatio: q̃ nos et a reatib⁹ nr̃is expediat: ⁊ ppetua ſaluatiõe confirmet. P. Coĩo. Poſuiſti do. clx Q mñs ops de⁹: vt ⁊ re Cõpl. atũ noſtruꝫ munera ſacrata purificẽt: et recte viuẽdi nob operent̃ effectũ Per. Luce euãgeliſte Os iuſti. clxv. Coll Interueniat p nobis dñe qm̃s ſanctus tuus lucas euãgeliſta q̃ crucis moꝛtificationẽ iugiter i ſuo coꝛpe pꝛo tui nois honoꝛe poꝛtauit P. Ep̃la. Teſtificoꝛ. clxvi. Gra. Os iuſti. clix. Alla. Per man⁹. clxvij. Seq̃. Clare. Credo nõ dr niſi fuerit dñica. Euã. Deſignauit do. clvij. Off. Juſtus Honis ce Secre. (vt pal. clx. leſtib⁹ da nob dñe qm̃s libera mẽte ſeruire: et munera q̃ deferimus interueniẽte euãgeliſta tuo luca ⁊ medelã nobis ⁊ gloꝛiam operent̃. Per.

Coĩo. Beatus ſer. clix. Cõpl. P reſta qm̃s ops deus: vt id qd̃ de ſacto altari tuo accepimus p̃cib⁹ bti euãgeliſte tui luce ſanctificet aĩas nr̃as p qd̃ tuti eſſe poſſimus. P. Feliciani mar. In virtute. clviij. Deus q̃ nos bti feli Coll. ciani mr̃is tui atq; põtificis annua ſolennitate letificas: ꝯcede ꝓpitius: vt cui⁹ natalicia colimus: de eiuſdẽ ꝓtectiõe gaudeam⁹. P. Ep̃la Habemus põti. clxv. Grad. Dñe p̃ueniſti. clxvij. Alla. Letabit̃ iuſtus in dño. clix. Se Ad cõcentus anime quetiamur: ⁊ pſallendo colletemur piis cũ mentibus. Uoces votis ſuboꝛnemus vt decẽter cõcoꝛdemus feſtis in pꝛeſentibus. Laboꝛ lingue nã fruſtrat̃: ſi mens voci nõ equat̃ in deuotionib⁹. Sꝫ interni iudicat̃ homo dñ quid operat̃ rebus aut ſermonib⁹ Unde ſimplex ſit ⁊ pia: nr̃e vocis armonia quã ſcis deferimus. Laus nã ſanctis cũ dicit̃ hec in deo ꝑficit̃: his aut quid egerimus. Nõ putemus ergo vanũ ſi felicianũ nra cremus deuotius qui ſcrõꝝ agminibus ⁊ ſup̃nis oꝛdinib⁹ effectus eſt ſocius. Diuini iugũ en laboꝛis

hũc puerit ad honoris tanti magnitudinẽ. Et ob curã ampliorẽ eſt adept⁹ celſiorẽ illic gratiam diuinẽ. Quantus ĝ ſit i celis xp̄o ſeruus hic fidelis ex actu colligitur. Et qđ magna mereaẽ ei⁹ virtus ſi penſat uere nõ ambigiẽ. Nondũ quidẽ baptizatus xp̄i fidẽ in ſpe ratus dilexit ſinceri⁹. Cui⁹ mores cũ notauit ſacris ſcolis deputauit ſcrũs eleuteri⁹. Qui poſtq̃ vero baptizaẽ fide fulgens declarat aptus ſacerdotio. Inde dixtã benignũ p̄ſulatu vidit dignũ virtutũ p̄motio. Hic victore p̄ſul factus ĝ ſolẽnes geſſit actus intrans xp̄i vineã. Qui laurandoq; ſacrã fidẽ gẽrẽ: de q̃ natus pridẽ ſauxiuit fulgineã. Extirpando vim deoꝝ: ydolatras diuerſoꝝ hinc ↄuertit terminoꝝ docens in italia. Cur ſuſpenſus laceraẽ: verba uite ne loquaẽ: ſed neq̃q̃ retardaẽ ꝓfiteri talia. Plures penas ſic ꝓpeſſus vinctus romã eſt aggreſſus obiitq; mox oppreſſus viaꝝ laborib⁹. Quẽ cũ laude ſepeliuit gens in fide quã ſanxiuit: de⁹ hũc ↄ inſigniuit ſignis potioribus. Ob hoc pie modulemur hunc ↄ ſanctũ dep̄cemur: ut in fide ſolidemur: eue mortis ne dampnemur atroci ſentẽtia. Qui nobis hoc preſtare celitus ↄ impetrare quẽ p̄ſentẽ cõmendare nitimur ↄ ꝑſonare digneẽ clemẽtia. Euã. Niſi granũ. clx. Offer. Munera Secre. Poſuiſti. clx

tibi dñe dicata ſanctifica: et intercedente beato feliciano martyre tuo atq; põtifice ꝑ hec eadẽ nos placatus intende. P dñ. Cõio. Qui mihi mini. Supplices te ro Cõpl. clxi. gam⁹ om̄ps deus: ut quos donis celeſtibus ſatiaſti: intercedente beato feliciano martyre tuo atq; pontifice ꝑpetua protectione cuſtodias. P dñ.

Undecim miliũ virginum

Intr. Gaudeam⁹ oẽs. cl. Ex.

Da nobis Colleta. ultare. dñe deus noſter ſanctarum virginũ ac martyrum tuarũ palmas inceſſabili deuotione venerari: ut quas digna mente nõ poſſumus celebrare: humilibus ſaltẽ frequentemus obſequijs. P dñ. Epla. De virginibus. clxx. Grad. Exultabunt ſcti. clxiij. Alla. Adducenẽ. clxx. Euãge. Simile eſt reg cel. x. vir. clxx. Off. Offerent regi. clxxi. Secr. Preces nr̃as quẽs dñe ꝓpitiatus admitte: ↄ dicãdum tibi

ſacrificiū beatarꝫ virginū ac martirū tuarꝫ ꝯmendet oṙo ℞. Coio. Quiqꝫ prudē. clxxi. Cōpl.

Celeſtis alimonie refecti ſacramēto qˢm̄s: ut intercedētibꝰ ſanctis virginibꝰ ac martyribꝰ tuis q̄ ꝑ illarꝫ celebramus gloria ad nr̄e ꝑficiant ſalutis incrementū. ℞.

In vigilia ſymonis et iude.

Intret in cōſpectu. clxi. Colla.

Concede qˢm̄s oṗs deus ut ſicut apl'orꝫ tuorꝫ Symonis ⁊ iude glorioſa natalicia ꝑuenimus: ſic ad tua beneficia ꝓmerenda maieſtatē tuā ꝓ nobꝫ ipſi preueniāt. ℞. Epla. Juſtorꝫ aīe. clxxij. Grꝫ Juſtorꝫ anīe. clxxiij. Euā. Ego ſū vitis vos pal. clxxxiij. Off. Exultabūt ſancti. clxv. Secr.

Muneribꝰ nr̄is dn̄e apl'orꝫ ſymonis ⁊ iude feſta precedimus: ut q̄ ꝯſcientie nr̄e prepediunt obſtaculis. illorꝫ meritis tibi grata reddant. Per. Coio Juſtorꝫ aīe. clxv. Cōpl.

Sūpto dn̄e ſacramento ſuppliciter depcamur: ut interuenientibus btīs apl'is tuis qđ tēporaliter gerimus: ad vitā capiamus eternā. ℞. In die ſymōis ⁊ iude. Mihi aūt. clxvi

Deus q̄ nos ꝑ beatos apl'os tuos ſymonē et iudā ad agnitionē tui nominis venire tribuiſti. da nobis eorꝫ gloriā ſempiternā ⁊ ꝓficiendo celebrare ⁊ celebrādo ꝓficere. ℞. Epla. Scimꝰ qm̄ dili. clvi. Gra. Nimis ho. clvi. All'a. Nō vos me ele. clvij. Seqn. Clare. Euā. Hec mādo vo. clvij. Offe. In oēm ter. Colla.

Gloriā dn̄e ſctōrꝫ clvij. Sec. apl'orꝫ ꝑpetuā recolentes: q̄s ut eandē ſacris myſterijs expiati dignius celebremꝰ. ℞. Coio. Uos qui ſe. clvij. Cōpl.

Perceptis dn̄e ſacramentis ſuppliciter rogamus: ut intercedētibꝰ ſanctis apl'is tuis: q̄ ꝑ illorꝫ venerāda gerimꝰ paſſione: nobꝫ ꝓficiant ad medelam. ℞. In vigilia oīm ſanctorꝫ Intr. Timete dn̄m. clxi.

Domine deus nr̄ Colla. multiplica ſuꝑ nos gratiā tuā: ut q̊rꝫ ꝑuenimus glorioſa ſolennia: tribue ſubſequi i ſctā ꝓfeſſione letitiā. ℞.

Lcō Apocal'. btī iohānis. a

Ecce ego iohānes vidi i medio throni: et q̄ttuor animaliū: ⁊ in medio ſeniorꝫ agnū ſtantē tanq̄ occiſū: ha-

hẽtẽ coꝛnua ſeptẽ: ⁊ oculos
ſeptẽ: qui ſunt ſeptẽ ſpũs dei
miſſi in oẽm terrã. Et venit ⁊
accepit de dextera ſedẽtis in
throno libꝛũ. Et cũ aperuiſ-
ſet libꝝ q̃ttuoꝛ aĩalia ⁊ vigin
tiq̃ttuoꝛ ſenioꝛes ceciderunt
coꝛã agno: habẽtes ſinguli
cytharas et phialas aureas
plenas odoꝛamentoꝝ: q̄ ſũt
oꝛatiões ſctõꝝ. Et cantabãt
cãticũ nouũ dicẽtes. Dign⁹
es dñe accipe libꝛũ: ⁊ aperire
ſignacula ei⁹: q̃m occiſus es:
⁊ redemiſti nos deo ĩ ſangui
ne tuo: ex oĩ tribu ⁊ lingua ⁊
ꝑplo ⁊ natiõe ⁊ feciſti nos deo
nr̃o regnũ ⁊ ſacerdotes: ⁊ re
gnabũt ſup terrã. Et vidi et
audiui vocẽ angeloꝝ multo
rũ in circuitu throni ⁊ aĩaliũ
et ſenioꝛũ. Et numerus erat
eoꝝ milia milium: voce ma-
gna dicẽtiũ. Dign⁹ eſt agn⁹
q̃ occiſus eſt accipere virtutẽ
⁊ diuinitatẽ ⁊ honoꝛẽ ⁊ gliaꝫ:
⁊ bñdictionẽ in ſecula ſecl'oꝝ
amen. Gra. Glorioſus. clxiiii.

IN illo tpe. S. Lucã. vi.
Eleuatis ieſus oculis in
diſcipulos ſuos dicebat. Be
ati paupes: q̃m veſtrũ eſt re-
gnũ dei. Bti q̃ eſuritis: qꝛ ſa-
turabimini. Bti q̃ nũc fletis
qꝛ ridebitis. Beati eritis cũ
vos oderint hoĩes: ⁊ cũ ſepa
uerint vos ⁊ expꝛobꝛauerint
⁊ eiecerint nomẽ veſtꝝ tanq̃
malũ ꝓpter filiũ hoĩs. Gau-
dete in illa die ⁊ exultate: ecce
eñi merces vr̃a multa eſt ĩ ce-
lis. Off. Mirabilis deus. clxv.

Altare tuũ dñe deus Secr.
muneribꝰ cumulamus obla
tis q̃ſumus: ut ad ſalutẽ no-
ſtrã oĩm ſctõꝝ tuoꝝ p̃catiõe
ꝓficiãt quoꝝ ſolẽnia vẽtura
p̃currim⁹. P. Coio. Amen di.

Sacramen Sec. vo. q̄uni. clv
tis dñe ⁊ gaudijs optata ce-
lebꝛitate expletis q̃ms: ut eo
rũ p̃cib⁹ adiuuemur: quoꝛũ
recoꝛdationib⁹ exhibet̃. P.

In die oĩm ſctoꝝ Introi.
Gaudeam⁹. ꝟ. Exultate. Coll'

OMnĩpõs ſempiterne de⁹ q̃
nos oĩm ſctõꝝ tuoꝛũ me
rita ſub una tribuiſti celebꝛi-
tate venerari q̃ms ut deſide-
ratã nobis tue ꝓpiciationis
abundãtiã multiplicatis in
terceſſoꝛib⁹ largiaris. Eodẽ
die Ceſarij mar. Colla.

DEus qui nos bti ceſarij
martyris tui annua ſolenni
tate letificas cõcede ꝓpici⁹: ut

cuius natalitia colim⁹ etiam
actiones imitemur. ℟. Lectō
Apocalipſis bti iohānis. vij
Ecce ego iohānes vidi al
terū angelū deſcendentē
ab ortu ſolis: habentē ſignū
dei viui. ⁊ clamauit voce ma
gna q̄ttuor angelis quibus
datū eſt nocere terre et mari
dicens. Nolite nocere terre ⁊
mari neq₃ arborib⁹: quoad-
uſq₃ ſignem⁹ ſeruos dei nr̄i
in frōtibus eorū. Et audiui
numerū ſignatorū centū q̄-
dragita q̄ttuor milia ſigna-
ti: ex oī tribu filiorū iſrl̄. Ex
tribu iuda: duodecī milia ſi-
gnati. Ex tribu ruben: duo
decī milia ſignati. Ex tribu
gad: duodecim milia ſigna.
Ex tribu neptalim: duodecī
milia ſignati. Ex tribu aſſer
duodecī milia ſig. Ex tribu
manaſſe: duodecī milia ſig.
Ex tribu ſimeon: duodecim
milia ſig. Ex tribu leui: duo
decim milia ſigna. Ex tribu
yſachar: duodecī milia ſign.
Ex tribu zabulon: duodecī
mil. ſigna. Ex tribu ioſeph:
duodecī mi. ſig. Ex tribu bē
iamin: duodecī milia ſigna.
Poſt hec vidi turbā magnā
quā dinumerare nemo po-
terat: ex oībus gētib⁹ ⁊ tribu
bus ⁊ pplis ⁊ linguis ſtantes
ante thronū: et in conſpectu
agni amicti ſtol' albis: ⁊ pal-
me in manibus eorū. Et cla
mabāt voce magna dicētes.
Salus deo nr̄o q̄ ſedet ſup
thronū ⁊ agno. Et oēs ange
li ſtabāt in circuitu throni et
ſeniorū ⁊ q̄ttuor aīaliū: ⁊ ceci
derūt in ɔſpectu throni ī fa-
cies ſuas: ⁊ adorauerūt deū
dicētes amē. Bn̄dictio ⁊ cla-
ritas ⁊ ſapientia ⁊ gratiarū
actio: honor: virtus ⁊ fortitu
do deo nr̄o in ſcl'a ſcloꝝ amē
Gra. Timete dn̄m. clxiij. Alla.
Vox exultationis. clxiij. Seqn
Omnes ſancti ſeraphin che-
rubin throni quoq₃ dn̄atio
neſq₃ principatus poteſtates vir
tutes. Archangeli angeli: vos
decet laus ⁊ honores. Or dines
noueni ſpirituū btōꝝ. Quos in
dei laudibus firmauit charitas.
Nos fragiles hoīes firmate pci
bus. Ut ſpiritales prauitates ve
ſtro numine vincētes fortiter.
Nunc ⁊ in euū veſtris ſimus di-
gni ſolēnijs itereſſe ſacris. Uos
quos dei grā vincere terrea. Et
angel' ſocios fecit eē polo. Uos

patriarche ꝓphete apl'i cōfeſſores
martyres monachi virgīes. At
viduaꝝ ſanctaꝝ oīmq; placētiū
ꝑp'ls ſupremo dn̄o. Nos adiuto
riū. Nunc ⁊ ꝑhenniter. Foueat
ꝑregat: ut veſtrū in die poſcimus
gaudioꝝ veſtroꝝ. Euā. Vidēs
ieſus tur. clxiiij. Credo. Offer.
Munera Sec. Letamini. clxu
tibi dn̄e dicata nr̄e deuotio-
nis offerimus: q̄ ꝓ tuoꝝ tibi
grata ſint honore ſanctoꝝ:
⁊ nobis ſalutaria te miſerā-
Hoſtias ti Alia. te reddant
bi dn̄e bti ceſarij mr̄is tui di
catas meritis benign⁹ aſſu-
me: ⁊ ad perpetuū nobis tri-
bue ꝑuenire ſubſidiū. ℟ do.
Gaudete iuſti in dn̄o: re Coio.
ctos decet collaudatio. Copl'a.
Da q̄ſ dn̄e fidelib⁹ popu-
lis oīm ſctōꝝ ſemꝑ venerati-
one letari ⁊ eorum perpetua
ſupplicatione muniri. Alia.
Qs ops deus: ut q̄ celeſtia
alimēta ꝑcepim⁹: intercedēte
btō ceſario martyre tuo per
hec ꝯtra oīa aduerſa munia
mur. ℟. Willehadi epi Intr
Statuit ei do. clxv. Coll'a.
Deus q̄ ppl'o tuo eterne
ſalutis btm̄ willehadū ep̄m
miniſtrū tribuiſti p̄ſta q̄s:

ut quē doctorē vite habuim⁹
in terris: interceſſorē ſemper
habere mereamur i celis. ℟.
Ep'la. Dilect⁹ deo. clxv. Gr.
Ecce ſacerdos. clxvij. Al'ia Iu-
rauit dn̄s. clxvij. Euā. Vigila
te. clxvij. Off. Inueni da clxviij
Ops ſempiterne deus Secr
munera tue pietati oblata ꝑ
itercelliōnē bti willehadi cō-
feſſoris tui atq; pōtificis ad
ꝑpetuā fac nobis ꝓficere ſa-
lutē. ℟. Coio. Btūs ſer. clxix.
Repleti dn̄e bn̄dictōe Copl'
celeſti q̄s clementiā tuā: ut
intercedēte btō cōfeſſore tuo
atq; pōtifice willehado q̄ hu
militer gerim⁹ ſalubriter ſen
tiam⁹. ℟. Nicoſtrati. Coll'a
Preſta q̄s ops deus: ut
q̄ glorioſos martyres:
claudiū: nicoſtratū ſympho
rianū: caſtoriū atq; ſimpli-
ciū fortes in ſua ꝯfeſſione co
gnouimus: pios apud te in
nr̄a interceſſiōe ſentiam⁹. ℟.
Bn̄dictio tua dn̄e lar Secr.
ga deſcēdat: q̄ ⁊ munera nr̄a
dep̄cantib⁹ ſctis tuis tibi red
dat accepta ⁊ nobis ſacramē
ta redēptionis efficiant. ℟ d
Celeſtib⁹ refecti ſacra Copl.
mētis ⁊ gaudijs ſupplices te

dn̄e deprecamur: vt q̄r̄ glia-
mur triūphis ptegamur au
xilijs. P. Theodori marty.
Intr. In virtute. clviij. Colla.

Deus q̄ nos bt̄i theodori
martyris tui cōfeſſione
glorioſa circūdas et ptegis:
pſta nobis ꝛ eius imitatione
pficere ꝛ oratione fulciri. P.
Epla. Btūs vir q̄ in. ſa. clviii
Grad. Dn̄e pueniſti. clx. Alla
Iuſtus vt pal. clx. Euā. Nihil
opertū. clx. Off. Glia ꝛ ho. clv
Suſcipe dn̄e fideliū Secre.
pces cū oblationib⁹ hoſtiar̄
ꝛ intercedente btō theodoro
martyre tuo: p hec pie deuo
tionis officia ad celeſtē gliaꝫ
tranſeam⁹. P. Cōio. Poſuiſti
Preſta nobis q̄s Copl. clx.
dn̄e intercedēte btō theodo-
ro martyre tuo: vt q̄ ore con
tingimus pura mente capia
mus. P. Martini epi. Intr.

Statuit ei do. clxv. Colla.
Deus q̄ cōſpicis q̄r ex nul
la virtute ſubſiſtim⁹: cōcede
ppiti⁹: vt interceſſiōe bt̄i mar
tini ꝯfeſſoris tui atqꝫ pōtifi-
cis ꝯtra oīa aduerſa munīa
mur. Eodē die mēne marty.
Preſta q̄s oṗs de⁹ Coll
vt q̄ bt̄i menne martyris
tui natalitia colim⁹: ei⁹ inter
ceſſiōe ī tui nōis amore robo
remur. P. Epla. Ecce ſacer.
ma. q̄ in vita. clxvi. Gra. In-
ueni da. clxvij. Alla. V. Marti
nus epiſcopus migrauit a ſeculo
viuit in chriſto gēma ſacerdotū.
Sacerdotē x̄pi mar Seq̄n.
tinū cūcta p orbē canat ec-
cleſia pacis katholice. Atqꝫ il-
lius nomen oīs hereticus fugiat
pallidus. Pannonia letet̄ gen-
trix talis filij. Italia exultet ali
trix tanti iuuenis. Et gallie tri
na diuiſio ſacro certet litigio cu
ius eſſe debeat pſul. Sed pariter
habere ſe patrē oēs gaudeāt thu
roni ſoli ei⁹ corp⁹ foueāt. Huic
francorum atqꝫ germanie plebs
oīs plaudat. Quibus videndū
inuexit dn̄m in ſua veſte. Hic ce
lebris eſt egypti partibus grecie
quoqꝫ cūctis ſapientibus. Qui
ipares ſe martini meritis ſentiūt
atqꝫ eius medicamine. Nam fe-
bres cedat: demoneſqꝫ fugat: pa
ralitica membra glutinat. Et
mortuor̄ ſua p̄ce trinū reddit cor
pora vite priſtine. Hic tu⁹ ſacrile
gos deſtruit: ꝛ ad x̄pi gloriā dat
ignib⁹ idola. Hic nudis myſte-
ria brachijs ꝯficiēs p̄ditus eſt ce
leſti lumīe. Hic oculis ac mani

bus in celū ⁊ totis virib⁹ ſuſpen
ſus terrena cūcta reſpuit. Ejus
ori nunꝗ̄ xp̄s abfuit ſine iuſticia
vel quicquid ad verā vitā ptinet.
Igif̄ te cuncti poſcimus o marti
ne: vt qui cuncta mira hic oſten-
diſti. Etiā de celo gratiā xp̄i no
bis ſupplicatu tuo ſp̄ infundas.
Euā. Sint lūbi. clxviij. Off.
Veritas mea. fol̄. clxix. Secre.
Da miſericors de⁹: vt hec ſa
lutaris oblatio et a proprijs
nos reatibus indeſinēter ex
pediat: ⁊ ab oībus tueaf̄ ad-
M unerib⁹ Alia. verſis. P.
nr̄is qm̄s dn̄e p̄cibuſq; ſuſce
ptis ⁊ celeſtib⁹ nos mūda mi
ſterijs: ⁊ clemēter exaudi. P.
Coio. Beat⁹ ſer. clxix. Cōpl̄.
Preſta qm̄s dn̄e de⁹ noſter
vt q̊ꝝ feſtiuitate votiua ſunt
ſacramēta: eoꝝ ſalutaria no
bis itercessiōe reddanf̄. Alia
Da qm̄s oīps deus: vt ſicut
tuoꝝ cōmemoratione ſctōꝝ
tp̄ali gratulamur officio ita
ppetuo letemur aſpectu. P.
Bricij ꝯfeſſo. Juſtus vt. clxiij
Adeſto dn̄e p̄cib⁹ Coll̄a.
nr̄is: quas in ſcti bricij
ꝯfeſſoris tui atq; pōtificis cō
memoratiōe deferim⁹: vt q̇
nr̄e iuſticie fiduciā non habe
mus eius q̇ tibi placuit meri
tis adiuuemur. P d. Epl̄a.
Juſtū deduxit. clxvi. Grad.
Ecce ſacerdos. clxvij. All̄a Ele
git te. clxvij. Euā. Hō q̇dā pe.
clxvij. Offer. Inueni da. clxviij
Scti tui nos dn̄e qm̄s Secr̄
vbiq; letificēt: vt dū eoꝝ me-
rita recolim⁹: p̄rocinia ſenti
amus. P. Coio. Poſuiſti. clx.
Beati bricij ꝯfeſſoris Cōpl̄
tui atq; pōtificis dn̄e ſuffra-
gijs exorat⁹ pcepti ſacramē-
ti tui nos virtute defende. P

Preſentatio marie pagit̄ i
eccl̄ia hāburgenſi dn̄ica ſub
octaua martini. q̄ ſi in dn̄icā
cadat: octaua anticipaf̄ ſab
bato. Totū officiū de annū
ciatione marie. fol̄. clxxxiij. q̄z
vera preſentatio fuit: cū dice
ret. Ecce ancilla dn̄i. Coll̄a.
Omnip̄s ſempiterne deus
qui gl̄ioſe virginis ma-
rie corpus ⁊ aīam: vt dignū
filij tui habitaculū effici me-
rereť coopante ſp̄ūſctō p̄pa-
raſti: da vt cui⁹ p̄ſentatiōe le-
tamur: eius pia intercessiōe
ab inſtantib⁹ malis ⁊ a mor
te ppetua liberemur. P do.
Epl̄a. Locutus eſt dn̄s. fo. ij
Grad. Oſtende nobis. v. All̄a.

J

Virga yeſſe. ccviij. Seq̄n. Aue
p̄cla. ccviij. Prefa Et te i p̄ſenta
tione. Secr. ⁊ Cōpl. ut i annū
ciatione. Octa. ſcti Martini
MIſericordiā tuā Coll'a
dn̄e nob̄ q̄ms itervenien
te btō martino cōfeſſore tuo
atq; pōtifice clemēter impen
de: ⁊ nobis pctōribus ipſius
ꝓpitiare ſuffragijs. P. Secr.
Da nobis q̄ms dn̄e ſp hec ti
bi vota gratanter pſoluere:
quib⁹ ſcti cōfeſſoris tui atq;
pōtificis martini depoſitio-
nē recolimus: ⁊ p̄ſta: ut in ei⁹
ſemp laude tuā gloriā p̄dice
Sumptum Cōpl. mus. P.
dn̄e celeſtis remedij ſacramē
tū ad ꝑpetuā nobis ꝑuenire
gratiā btūs martinus pōti-
fex obtineat. P. Elyzabeth
vidue. Introi. Gaudeamus.
TVox deus corda Coll.
fidelium miſerator illu-
ſtra: et btē elyzabeth p̄cibus
glorioſis fac nos pro amore
tuo proſpera mundi deſpi-
cere: et celeſti ſemp ꝯſolatiōe
gaudere. P. Epla Mulierē
fortē q̄s inue. ccxvi. Gr. Adiu
uabit. clxx. Alla. V. Benigna
mater egentiū elyzabeth ac medi
cina languētiū: virtutū p̄dita flo
re: tu cōſerua nos oī tpe. Seq̄n.
GAude ſyon qd̄ egreſſus a te
decor ⁊ depreſſus tui fulgor
ſpeculi. Rediuiua luce redit o et
alpha qd̄ accedit iā in fine ſecli.
Poma prima primitiuos deus
ſctōs adhuc viuos vidit in cacu-
mine Ut extremos addat primis
q̄uis ſtātes nos in imis ſuo viſit
lumīe. Sed p̄ multis te reſpexit
odor tuus hūc allexit et ſapor et
puritas. Ut de regū ramis nata
iuſte vere ſis vocata tu dei ſaturi
tas. Gaudēt aſtra matutina q̄
in hora veſpertina ortu noui ſy-
deris. Celi ſydus illuſtrat: in q̄
terre deſignat noui ſignū federis
Vere ſydus tu preclarū: qd̄ a ſo
le differt parū ⁊ luna lucidi⁹. Tu
q̄ ſole ſis amicta carnis probat
hic relicta lucis tue radi⁹. O q̄
dignis luces ſignis vaſa rapis a
malignis poſſeſſa demonijs. Le
pre mūdas labe tactos: claudos
ponis ⁊ attractos in pedū officijs
Qd̄ negatū eſt nature tu virtutū
agis iure ⁊ potes ex grā. Vitā tū
ctos tu reducis cecis reddis mē-
bra lucis ⁊ mēbrorū ſpacia. Eya
mr̄ nos agnſce libro vite nos depo
ſce cū electis iſeri Ut ꝯſortes tue
ſortis ⁊ a penis ⁊ a portis eruamur
iferi. Euā. Siīle ē r. c. the. clxx.

Offer. Filie regū. clxxi. Secre
Munera dn̄e nr̄e deuotio-
nis offerimus: q̄ tibi grata ꝛ
nobis ſalutaria beate elyza-
beth pia ſupplicatione red-
dant. ℗. Cōio. Sile eſt re. cel.
hoī negociato. clxxi. Compl'a.
Qm̄s ops deus: ut quos ſa-
lutaribus dignatus es eru-
dire myſterijs: bt̄e elyzabeth
interceſſio glorioſa celeſtib⁹
reficiat alimētis. ℗. Cecilie
virgīs. Loq̄bar de teſti. clxix.
Deus qui nos an Coll'a.
nua bt̄e cecilie martyris
tue ſolēnitate letificas: da ut
quā ueneramur officio: etiā
pie cōuerſatiōis ſeq̄mur exē-
plo. ℗. Ep'la. Sapia lauda
bit. clxix. Gra. Audi filia. clxx.
Alleluia. Egregia ſponſa. clxx.
Euā. Simile eſt re. ce. x. vir.
clxx. Offer. Offerent regi. clxxi
Hec hoſtia dn̄e placa Secr.
tionis ꝛ laudis qm̄s interue
niente beata cecilia martyre
tua nos tua propitiatiōe di-
gnos ſp efficiat. ℗. Cōio. Cō
Satiaſti Cōpl'. fundant. clxxi.
dn̄e familiam tuam mune-
ribus ſacris eius q̄ſumus in
teruentione nos refoue cui⁹
ſolennia celebramus. ℗ do.

Clemētis pape ꝛ martyris.
Dicit dn̄s ſer. clxiij. Coll'a.
Deus qui nos annua bt̄i
clementis martyris tui atqꝫ
pōtificis ſolēnitate letificas:
cōcede ꝓpitius: ut cui⁹ nata-
litia colim⁹: virtutē q̄qꝫ paſſi
onis imitemur. ℗ do. Ep'la
Doctrinis varijs. clxvij. Gr
Iurauit dn̄s. clxvij. All'a. Poſu
iſti. clix. Euā. Vigilate. clxvij
Offer. Veritas. clxix. Secre.
Munera dn̄e oblata ſctifica
ꝛ itercedēte btō clemēte mar-
tyre tuo nos per hec a pctōꝝ
noſtroꝝ maculis emūda. ℗
Cōio. Btūs ſeru⁹. clxix. Cōpl'.
Corporis ſacri ꝛ p̄cioſi ſan-
guinis repleti libamie qm̄s
dn̄e de⁹ noſter: ut qd̄ pia de-
uotiōe gerim⁹ certa redēpti-
one capiamus. ℗. Chriſo
goni mar. Iuſt⁹ nō ꝯtur. clviij
Adeſto dn̄e ſuppli Coll'a
cationibus nr̄is: ut q̄ ex
iniquitate nr̄a reos nos eſſe
cognoſcim⁹: bt̄i chriſogoni
martyris tui interceſſiōe libe
remur. ℗. Ep'la. Si q̄s vr̄m
indiget ſap. clix. Grad. Glia
ꝛ hon. clix. All'a. Btūs vir. clix.
Euā. Si quis vult poſt. clx.
Offer. Deſideriū. clx. Secre.

Oblatis q̄s dn̄e placare mu
neribus: ⁊ intercedēte beato
chriſogono mr̄e tuo a cūctis
nos defende periculis. P. d.
Coio. Poſuiſti dn̄e. clx. Copl'.
Qui dn̄e ꝑceptiōe ſacramē-
ti ⁊ a nr̄is mūdemur occultiſ
⁊ ab hoſtiū liberemur īſidijs
P. Katherine virgīs Intr.
Gaudeamus oēs. Colla.
Deus q̄ dediſti legē moy
ſi in ſūmitate mōtis ſynai: ⁊
in eodē loco ꝑ angelos tuos
corpus btē katherine virgis
ac martyris tue mirabilr̄ col
locaſti: tribue q̄s: ut ei⁹ meri
tis ⁊ interceſſionib⁹ ad mōtē
q̄ xp̄s eſt ꝑuenire valeamus.
P eund. Epl'a Qui gloriat.
clxx. Gr. Specie tua. clxx Alla
Egregia. clxx. Seqn̄. Exultēt
Euā. Sīle eſt re. cel'. the. clxx.
Offr Filie regū. clxxi. Secre.
Munera dn̄e ſacrificij p̄ſen-
tis q̄ tibi offerimus in hono
re virginis ſcē katherine no
bis qm̄s eius p̄cib⁹ tribuant
vitā ꝑpetuā ⁊ te donāte ſalu
tē infinitā. P. Coio. Quinq;
Sūptis dn̄e Copl'. pru. clxxi.
ſalutis eterne myſterijs ſup-
pliciter te dep̄camur: ut ſicut
liq̄r de mēbris btē katherine
virginis ac martyris tue iu-
giter manat: languidorū cor
pora ſanat: ſic ei⁹ oratio cun-
ctas a nobis iniquitates re-
pellat. P. Incipiūt miſſe
ſpeciales. De ſctō ſpū. Intr.
Dum ſanctificat⁹ fu
ero in vobis ↄgrega-
bo vos de univerſis
terris: ⁊ effundā ſup
vos aquā mundā: ⁊ mūdabimi-
ni ab oībus inquinamētis vr̄is:
⁊ dabo vobis ſpm̄ nouū. Ps. Be
nedicā dn̄m in oī tp̄e: ſemꝑ laus
eius in ore meo. Collta.
Deus cui omne cor patet:
⁊ oīs volūtas loquit: ⁊ quē
nullū latet ſecretū purifica ꝑ
infuſionē ſcti ſpūs cogitatio-
nes cordis nr̄i: ut te ꝑfecte di
ligere ⁊ digne laudare mere
amur. Per do. eiuſdē. Epl'a
Unicuiq; nr̄m da. Req̄re al
tera die aſcēſionis dn̄i. fo. cvi
Beata gēs cuius eſt dn̄s Gra.
deus eorū ꝑpl's quē eligit dn̄s i he
reditatē ſibi. V. Verbo dn̄i celi
firmati ſunt ⁊ ſpiritu oris ei⁹ oīs
virtus eorū. Alla. Veni ſancte
ſpūs reple tuorū corda fideliū: et
tui amoris in eis ignem accende
In illo tp̄e S. Johā. xiiij.
Dixit ie. d. ſ. Si diligitis

me: mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrē: ⁊ aliū paraclytum dabit vobis: vt maneat vobiſcū ineternum ſpiritū veritatis quē mūdus nō pōt accipe: q꜡ nō videt eū nec ſcit eū. Vos autē cognoſcetis eū: quia apud vos manebit: ⁊ in vobis erit. Offer.
Emitte ſpiritū tuū ⁊ creabunt: ⁊ renouabis faciem terre: ſit glīa
Hec oblatio Sec. dñi in ſclā. dñe deꝰ coꝛdis nr̄i maculas emundet: vt ſctiſpūs digna fiat habitatio. Ꝑ do. eiuſdē.
Ultimo feſtiuitatis die Coīo. dicebat ieſus: qui in me credit flumina de ventre eius fluent aque viue: hoc aūt dixit de ſpū quē accepturi erāt credētes ī eū. Copl.
Sacrificiū ſalutis nr̄e offerētes concede nobis dñe qm̄s: purificatis mētibꝰ ſepius tue pietatis celebꝛare myſteriū. Ꝑ.

Pro charitate. Coll.

Omnipotens ſempiterne deus: iuſticiā tue legis in coꝛdibus credentiū digito tuo ſcribēs da nobis fidei: ſpei ⁊ charitatis augmentum: ⁊ vt mereamur aſſequi qd̄ ꝓmittis: fac nos amare quod p̄cipis. Ꝑ.
Mitte qm̄s dñe ſpm̄ Secre.
ſctm̄ q̇ ⁊ munera nr̄a hoc tuū nobis efficiat ſacramentū: ⁊ ad hoc pficiendū coꝛda purificet. Ꝑ dñm. eiuſdē. Copla.
Spiritū nobis dñe tue charitatis infunde: vt q̊s vno pane celeſti ſatiaſti: tua facias pietate cōcoꝛdes. Ꝑ d. eiuſdē

De angelis Collecta.

Perpetuū nobis dñe tue miſerationis p̄ſta ſubſidiuꝫ quibus ⁊ angelica pꝛeſtitiſti ſuffragia nō deeſſe. Ꝑ. Sect
Hoſtias tibi dñe laudis offerimus ſuppliciter dep̄cantes: vt eaſdē angelico ꝓ nob̄ interueniēte ſuffragio ⁊ placatus ſuſcipias: et ad ſaluteꝫ noſtrā ꝑuenire cōcedas. Ꝑ.
Repleti dñe bn̄dictio Copl ne celeſti ſupplices imploꝛamus vt qd̄ fragili celebꝛamꝰ officio ſctōꝝ angeloꝝ nobis ꝓdeſſe ſentiamꝰ auxilio. Ꝑ.

De omnibꝰ ſctis. Colla

Concede qm̄s ops deus vt interceſſio nos ſancte dei genitricis marie: ſanctoꝝūqꝫ apl'oꝝ martyꝝ cōfeſſoꝝ virginū ⁊ oim̄ electoꝝ vbiqꝫ letificet: vt dū eoꝝ merita recolimus p̄trocinia ſentiamꝰ. Ꝑ.
Oblatis dñe placare Secr.

munerib⁹: et intercedētibus oibus ſctis tuis a cūctis nos defende periculis. P. Cōpl'a

Sumpſim⁹ dn̄e oim̄ ſctoꝝ tuoꝝ memoriā celebrātes ſacramēta celeſtia: pręſta qm̄s: ut qđ tpaliter gerimus eternis gaudijs ꝯſequamur. P

De patronis Collecta.

Concede qm̄s ops deus ut ſancta dei genitrix virgo maria ⁊ oēs ſupne virtutes: ſctiq; tui apl'i: martyres: confeſſores: virgines: atq; oēs ſcti quoꝝ reliquie in iſta cōtinent eccleſia patrocinia nos ubiq; adiuuēt: q̄tinus hic illoꝝ pſenti ſuffragio trāquilla pace in tua laude iugiter

Munera Secr. letemur. P. tue miſericors deus maieſtati oblata q̄s ſuſcipe benign⁹ ut eoꝝ nobis p̄cib⁹ fiāt ſalutaria: q̄ꝝ ſacratiſſime in hac baſilica reliq̄e recōdunt. P.

Diuina libantes my Cōpl. ſteria qm̄s dn̄e: ut eoꝝ nos ubiq; interceſſio ꝓtegat: q̄ꝝ hic ſacra gaudemus habere p̄rocinia. P d. Pro paſtore.

Deus oim̄ fideliū Coll'a. paſtor ⁊ rector famulum tuū. N. quē eccl'ie tue p̄eſſe voluiſti ꝓpici⁹ reſpice: da ei qm̄s verbo ⁊ exēplo q̄b⁹ p̄eſt ꝓficere: ut ad vitā una cū grege ſibi credito pueniat ſempiter-

Oblatis qm̄s Secr. nā. P. dn̄e placare munerib⁹: ⁊ famulū tuum. N. quē pro tuo paſtorē eſſe voluiſti aſſidua ꝓtectiōe guberna. P. Cōpl.

Hec nos q̄s dn̄e diuini muneris ſacramēti pceptio ꝓtegat ⁊ famulū tuū. N. quē paſtorē eccl'ie tue p̄eſſe voluiſti: una cū cōmiſſo ſibi grege ſaluet ſemp ⁊ muniat. P dn̄m.

Pro epiſcopo. Collecta

Omnīps ſempiterne deus q̄ facis mirabilia magna ſolus: p̄tende ſup famulū tuū N. antiſtitē nr̄m: ⁊ ſup cūctas cōgregationes illi cōmiſſas ſpm̄ grē ſalutaris: ⁊ ut in veritate tibi cōplaceāt: ꝑpetuū eis rorē tue bn̄dictiōis infun

Hoſtias q̄s dn̄e Secr. de. P famuloꝝ tuoꝝ placatus intende: ⁊ q̄s i honore nois tui deuota mēte celebram⁹ ꝑficere ſibi ſentiāt ad medelā. P.

Quos celeſti recreas Cōpl. munere ꝑpetuo dn̄e comitare pſidio: ⁊ q̄s fouere nō deſinis dignos fieri ſempiterna

redēptione cōcede. ℞. Pro
Q Ueſum⁹ oṗs rege Coll'
de⁹: vt famulus tu⁹. N.
rex nr̄: q̇ tua miſeratiōe ſuſce
pit regni gubernacula virtu
tū etiā oīm ꝑcipiat incremen
ta: q̇b⁹ decēter oꝛnatus et vi
tioꝝ mōſtra deuitare. ⁊ ad te
q̇ via veritas et vita es grati
oſus valeat ꝑuenire. ℞. Sec
Munera q̄s dn̄e oblata ſcti
fica: vt ⁊ nobis unigeniti tui
coꝛpus ⁊ ſanguis fiāt: ⁊ regi
nr̄o. N. ad obtinēdā aīe coꝛ
poꝛiſq; ſalutē: et ad ꝑagēdū
iniunctū officiū vſq;q̄q; ꝓfi
Hec dn̄e ſalu Cōpl'. ciat. ℞.
taris ſacramenti ꝑceptio fa
mulū tuū N. regē nr̄m ab oī
bus tueat̄ aduerſis: q̄tin⁹ et
eccl'iaſtice pacis obtineat trā
quillitatē ⁊ poſt iſtius tp̄is de
curſū ad eternā ꝑueniat he
reditatē. ℞. Pro ꝯgregatiōe
D Efende q̄s dn̄e Coll'.
btā maria ſp virgie iter
cedēte nr̄a; ab oī aduerſita
te cōgregationē: et toto tibi
coꝛde ꝓſtratā ab hoſtiū ꝑpi
ti⁹ tuere clemēter inſidijs. ℞.
Suſcipe q̄s clemēter Secr̄
oṗs de⁹ nr̄e oblationē deuo
tionis: ⁊ ꝑ virtutē hui⁹ ſacra
mēti tue maieſtatis famulos
a cūctis ꝓtege aduerſitatib⁹
Sūptis redēptiōis Cōpl'. ℞
nr̄e munerib⁹ p̄ſta q̄s miſeri
coꝛs de⁹ eoꝝ celebratiōe nr̄e
ꝯgregatōi ꝯtra oēs aduerſi
tates ſubſidiū. ꝑ. Pro ſeipo.
O Mp̄s ſemp̄tne de⁹ Coll'.
q̇ me pctōꝛe; ſacris alta
rib⁹ aſtare voluiſti: ⁊ ſcti noīſ
tui laudare potētiā ꝯcede: q̄
ſo ꝑ hui⁹ ſacramēti myſteriū
meoꝛū mihi veniā pctōꝝ: vt
tue maieſtati digne merear
miniſtrare. ℞ dn̄m. Secre.
Da q̄s clemētiſſime pater
per huius ſacramenti myſte
riū meoꝛū mihi veniam pec
catoꝝ: vt non ad iudicium:
ſed ad indulgētiā hui⁹ mihi
p̄ſbyterat⁹ oꝛdo ꝓficiat ſem
Sumētes Cōpl'. piternā. ℞.
dn̄e de⁹ ſalutis nr̄e ſacramē
ta: p̄ſta q̄s: vt eoꝝ ꝑticipa
tio mihi famulo tuo ad ꝑpe
tuā pꝛoficiat ſalutē. ℞ dn̄m.
Pro amico viuente Coll'a.
D Eus qui iuſtificas impi
um: et non vis moꝛtem
pctōꝛis maieſtatē tuā ſuppli
citer dep̄camur: vt famulū
tuū de tua miſcdia ꝯfidētē ce
leſti ꝓtegas benign⁹ auxilio

⁊ aſſidua ꝓtectione cõſerues
ut tibi iugiter famuleť ⁊ nul-
lis tẽtationibꝰ a te ſepareť ℟.
Suſcipe clemẽtiſſime Secr.
pater hoſtias placatiõis q̃s
ego peccator ⁊ indignus fa-
mulus tuus tibi offerre p̃ſu-
mo ad honorẽ ⁊ gloriã nõis
tui: ⁊ ꝓ incolumitate famuli
tui. Al. ut oĩm delictoꝝ ſuoꝝ
veniã cõſequi mereať. ℟ do.
Purificent nos dñe Cõpla.
q̃ms ſacramẽta q̃ ſumpſimꝰ
ut famulũ tuũ ab oĩ culpa li
berũ eſſe cõcedant: ut q̃ cõſci-
entie reatu ꝯſtringiť: celeſtis
remedij plenitudine glorieť.
℟ do. Alia pro amico.
Omñs ſempiterne deus:
miſerere famulo tuo. Al. ⁊ di
rige eũ ſcđm clementiã tuã i
viã ſalutis eterne: ut te donã
te tibi placita cupiat: et tota
virtute ꝑficiat. ℟ do Secre.
Proficiat q̃ms dñe hec ob-
latio quã tue ſupplices offeri
mus maieſtati: ad ſalutẽ fa-
muli tui. Al. ut tua ꝓuidẽtia
eius vita inter aduerſa ⁊ ꝓſpe
ra dirigať. ℟ dñm. Cõpla.
Sumẽtes dñe ꝑpetue ſacra-
mẽta ſalutis tuã dep̃camur
clemẽtiã: ut ꝑ ea famulũ tuũ
Al. ab oĩ aduerſitate ꝓtegas
℟. Pro pluribꝰ amicis Coll.
Oſtende dñe fidelibus
tuis dexterã celeſtis au-
xilij ut te toto corde ꝑquirãt
⁊ q̃ digne poſtulãt ꝯſequnť ℟
Propitiare dñe ſuppli Secr.
cationibꝰ nr̃is: ⁊ hãc oblatio
nẽ famuloꝝ tuoꝝ: quã tibi ꝓ
incolumitate eorũ offerimꝰ
benignus aſſume: ⁊ ut nulliꝰ
ſit irritũ votũ nullius vacua
poſtulatio: p̃ſta q̃ms: ut qđ
fideliter petimꝰ efficaciter cõ-
Da q̃ms Cõpl. ſeq̃mur. ℟.
dñe famulis ⁊ famulabꝰ tuis
in tua fide ⁊ ſinceritate cõſtã
tiã: ut in charitate diuina fir
mati nullis tentationibꝰ ab
eius integritate vellanť. ℟.
Pro pace officiũ. Da pacem.
Exaudi nos Coll. cxliiij.
deus ſalutaris nr̃ ⁊ dies
nr̃os in tua pace diſponas:
ut a cũctis ꝑturbatiõibꝰ libe
rati tranquilla tibi ſeruitute
famulemur. ℟. Epl'a. Ora-
uit daniel. lxiiij. Al'la. Oſtẽde
nobis dñe miſcďiaꝫ tuã ⁊ ſaluta
re tuũ da nobis. Euã. Pacem
relinq̊ vobis. die pẽthecoſtes
in medio fo. cxi. Offr. Preca
tus eſt moyſes. cxxxiiij. Secre.

Concede qm̄s ops̄ deus: ut
hui⁹ ſacrificij munus oblatū
fragilitatē noſtrā ab oī ma-
lo purget ſemꝑ ⁊ muniat. P
Amē dico vobis quicq̇d Coīo
orantes petitis credite q̄ꝛ accipie
Quos Cōpl. tis: ⁊ fiet vobis.
celeſti dn̄e dono ſatiaſti p̄ſta
qm̄s: ut a nr̄is mūdemur oc
cultis: ⁊ ab hoſtiū liberemur
inſidijs. P. Alia ꝓ pace Coll.
Deus a q̄ ſcā deſideria re
cta ꝯſilia ⁊ iuſta ſūt opa:
da ſeruis tuis illā quā mun-
dus dare nō poteſt pacē: ut ⁊
corda nr̄a mandatis tuis de
dita ⁊ hoſtiū ſublata formi-
dine: tp̄a ſint tua ꝓtectōe trā
Deus q̄ cre Secr. quilla. P.
dētes in te ꝓtͤgis nullis ſinis
ꝯcuti terroꝛib⁹ dignare p̄ces
⁊ hoſtias dicate tue plebis ſu
ſcipere: ut pax tua pietate cō
ceſſa xp̄ianoꝝ fines ab oī ho
ſte faciat eē ſecuros. P. Cōpl.
Deus auctoꝛ pacis ⁊ amatoꝛ:
quē noſſe viuere: cui ſeruire
regnare eſt: ꝓtege ab omīb⁹
ip̄ugnatiōib⁹ ſupplices tuos
ut q̄ in tua defenſione cōfidi
mus: nullius hoſtilitatis ar-
ma timeamus. Per dn̄m.
Pro peccatis. Introitus.

Si iniquitates obſerua-
ueris dn̄e: dn̄e quis ſuſti
nebit: q̄ꝛ apud te ꝓpitia-
tio eſt deus iſrl. ps. De ꝓfundis
clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vo
Exaudi qm̄s Coll. cē meā
dn̄e ſupplicū p̄ces ⁊ confi
tentiū tibi parce peccatis: ut
pariter nobis indulgētiā tri
buas benignus ⁊ pacē. P d.
Lectō Hieremie ꝓph. xiiij.
In diebus illis. Dicit hie
remias. Si iniq̇tates nr̄e cō-
tenderint ꝯtra nos: dn̄e libe
ra nos Queſumus fac ꝓpter
nomē tuū: qm̄ multe ſunt ad-
uerſiōes nr̄e. Tibi enī pecca-
uim⁹ expectatio iſrl ſaluatoꝛ
noſter in tp̄e tribulationis.
Tu aūt in nobis es dn̄e ⁊ no
men tuū inuocatū eſt ſuper
nos: ne derelinq̄s nos dn̄e
Propitius eſto Gra. deus nr̄.
dn̄e pctis nr̄is: neq̄n̄ dicāt gētes
ubi eſt deus eoꝝ. V. Adiuua nos
deus ſalutaris noſter: et propter
gloriā noīs tui dn̄e libera nos.
Alla. Oſtēde nobis dn̄e miſeri
cordiā tuā: ⁊ ſalutare tuū da no-
bis. Scd̄m Marcū. xi.
In illo tp̄e. Dixit ie. diſ. ſ.
Habete fidē dei. Amen dico
vobis: q̄ꝛ ſi quis dixerit huic

mōti: tollere ⁊ mittere in ma
re: ⁊ non heſitauerit in corde
ſuo: ſed crediderit q̄ q̄dcūq̄
dixerit fiat: fiet ei. Propterea
dico vobis: q̄ oīa q̄cūq̄ orā
tes petitis: credite q̄ accipie-
tis ⁊ veniēt vobis. Et cū ſta-
bitis ad orandū dimittite ſi
q̄d habetis aduerſus aliquē
vt ⁊ pater veſter qui ī celis eſt
dimittat vobis pctā veſtra.
Q̄d ſi vos nō dimiſeritis: ne
q̄ pater veſter qui in celis eſt
dimittet vobis pctā veſtra.
Populū humilē ſaluū **Offer.**
facies dn̄e: ⁊ oculos ſupbor̄ hu-
miliabis: q̄m q̄s de⁹ p̄ter te dn̄e.
Hoſtias tibi dn̄e ꝓpitia **Sec**
tionis offerimus: vt ⁊ delicta
nr̄a miſeratus abſoluas: et
nutātia corda tu dirigas. P.
Amen dico vobis quic **Coio.**
quid orātes petitis: credite q̄ ac
cipietis ⁊ fiet vobis. **Compleñ.**
Preſta nobis eterne ſalua-
tor: vt ꝑcipiētes hoc munere
veniā delictor̄: deinceps pec
cata vitemus. P. **Alia Oro**
Omnipotens ſempiterne deus:
meſtor̄ cōſolatio: labo-
rantiū fortitudo: perueniāt
ad te preces de quacunq̄ tri
bulatiōe clamantiū: vt oēs
ſibi in neceſſitatib⁹ ſuis miſe
ricordiā tuā gaudeāt affuiſ-
Purificet nos **Secre.** ſe. P.
dn̄e q̄s muneris preſentis
oblatio ⁊ dignos ſacra ꝑtici
patione ꝑficiat. P. **Compl.**
Preſta q̄s dn̄e: vt terrenis
actibus expiati ad ſupni ple
nitudinē ſacramēti: cui⁹ liba
uimus ſancta tendam⁹. P.
**Alia Oratio pro pctīs.**
Parce dn̄e pce pctīs nr̄is
⁊ q̄uis inceſſabiliter delinq̄n
tibus cōtinua pena debeat:
preſta q̄s vt q̄d ad ꝑpetuū
meremur exitiū: tranſeat ad
correctiōis auxiliū. P. **Secr.**
Sacrificia dn̄e tibi cum eccle
ſie tue p̄cibus immolanda:
q̄s corda nr̄a purificēt: ⁊ in
dulgētie tue nobis dona cō-
cilient: ⁊ de aduerſis ꝓſpera
ſentire ꝑficiant. P. **Compl.**
Tuere nos q̄s dn̄e tua ſā-
cta ſumētes: et ab oib⁹ ꝓpitı⁹
abſolue pctīs. P. **Alia Oro**
Ineffabilē miſcdiam tuā
dn̄e q̄s nobis clemēter
oſtēde: vt ſimul et a pctīs nos
exuas: ⁊ a penis q̄s ꝓ his me
remur eripias. P do. **Secre.**
Purificet nos q̄s dn̄e mu
neris p̄ntis oblatio ⁊ dignos